aug· li· primo ꝯfess· loquens de poetis
sic ait· didici in eis multa verba vtilia
Vnde ⁊ sacra scriptura fictōnibus vti
qn̄qꝫ inuenitur· Nam in li· iudith fert
ꝙ ligna sibi regem fecerunt· Sed quō
regem fecerūt: si loqui nesciant· Reue
ra sic fictio fuit/ ꝙ significatio intenta
verissima fuit· Jtaqꝫ nō fuit fictum qd
intendit· Sed fictum est ꝙ ex p̄dictis
verbis prima facie cōcipitur· De vera
autem poetria cōformiter fatebimur·
cuius finis nō est mētiri: sed verbis fi=
ctis veritatem describere· Verꝝ fictōnū
quedam sunt vane ⁊ inutiles: alie au=
tem vtiles· Vnde macrobius li· primo
sup somnio scipionis· Quedā (inquit)
sunt fabule voluptatis grā/ ⁊ alie sūt
exhortatōnis causa· primas elimina=
uit sapīa· et in alijs qn̄qꝫ loquit· Vnde
sicut dr̄ in libro de ortu sciaꝝ· sancti do
ctores in libris suis qn̄qꝫ fabulas intro
duxerūt· sicut ambro· qui in li· iij· de of
ficijs recitat fabulam de illo qui inue
nit anuluz in equo eneo sub terra· quē
cū haberet in manu a nullo videri pos
set· de qua fabula dicit ambrosius/ ꝙ
et si vim veritatis nō habeat: tn̄ rōem
habet/ vt iuxta eam possit veritas ma
nifestari· Eandem etiam fabulā nar=
rat tul· iij· de offic̄· Tales igit fabule
quibus veritas p̄tenditur: reprobāde
nō sunt· Vnde idem ambrosius sup lu
cam· ix· interserit fabulam de illo rege

qui cum aliquid tangeret aurꝝ fiebat·
et sic fercula mortalia sibi fiebāt aurꝝ/
et cibus in ore nō alimēta sed vulnera
dabat· potum quoqꝫ deglutire nequi=
bat· Talia (inquit ambrosius) sunt be
neficia idoloꝝ: vt cum videātur ꝓdesse
plus noceant Ecce videmus fabulam
documētum p̄tendisse· Rursus augꝯ·
li· ij· sermonū/ sermōe· xxvij· introducit
fabulam illius de quo fertur· ꝙ vires
sue augebātur quotiēs terram tange
bat· Cūqꝫ ergo pugnaret: eo pacto quo
aduersarius eum ꝓstrabat ille viribꝯ
p̄ualebat· quā fictōnem xp̄o cōuenisse
august· tradidit· qui cecidit ꝑ mortem:
vt gloriosus resurgeret· Ceterꝝ hiero·
epl̄a· xix· introducit fabulam hesopia=
nam de cane tenēte os in ore· qui cum
vidisset maiorem vmbrā ossis in fonte
os qd tenebat dimisit ꝓpter vmbram·
Ex his ergo apparet ꝙ fabularꝝ qddā
est genꝯ vtile/ ⁊ in sacris eloquijs qn̄qꝫ
honestum· Sed quid dicemus ad ea q̄
in cōtrariū obijciebātur: Dicebat enī
A· gell· ꝙ poetria meretricula est· rōe
cuius plato poetas expulit a roma re=
ferente tullio· Dicemus enim qm̄ poe
tria ideo meretricula dr̄· quia ex prin=
cipalibus sciēcijs nō est vna: sed inter
minus principales numerat· alias em̄
sapīe non astitisset· cui tamen assiste=
bat· vt etiam inquit p̄allegatus exposi
tor boetij· Rursus ad platonē dicemꝯ
ꝙ illos reprobauit poetas quibꝯ men
tiri visus est· ⁊ quorꝝ fictōnes turpia so
nant· Alios autem poetas repudiare
nō intendit/ quorꝝ scꝫ fictōnes verita=
tem p̄tendunt· Alias em̄ doctores san=
cti ipos exponēdo xp̄o nō applicassent·
Jnsup ⁊ philosophos fabulas vti no=
uimus· Vnde apuleiꝯ· li· de deo socra=
tis· fabulam introduxit de coruo tenē=
te carnem in ore· cui cū dixisset vulpe=
cula/ ꝙ cignus melius cantabat illo·
volens coruus ꝓbare cōtrariū aperuit
os/ ⁊ sic amisit carnem ex ore· ⁊ volēs

cantare potius crocitauit q̃ cantauit·
suũq; defectum publicauit· Hec enim
fabula pretendit hanc veritatez quia
scz multi se magnificare volẽtes vltra
modum ruinam patiũtur· Insuper ti=
tus li·li·ij·introducit fabulam de cõspi
ratõne mẽbrorum contra stomacum·
ex hoc q2 omnia cõsumebat· in quibus
laborabant mẽbra· Et cum fuisset ad=
iudicatum q2 stomaco nihil daretur/
mẽbra omnia languerũt· Vnde opor=
tuit stomaco iteruz dare necessaria vt
mẽbris distribueretur· Hec siquidem
fabula hanc pretendit veritatez· quia
scz multi alioꝝ bonis derogant/a qui=
bus tamen sustentãtur· et cum ꝑcura=
uerint illoꝝ destructõnem/ipi ꝑcuran
tes indigẽtiores fiunt· illiusq; vel illo=
rum ꝑcurant restitutõem/ cui vel qui
bus subtrahẽduz suaserũt · Hãc etiaz
eandem fabulam introducit policrat9
li·vi·ca·ij· Ex quibus omnibus clare
patz poemata non esse repudianda eo
modo quo aliqui poetriam ignorãtes
repudiant· quia (teste codez pollicra·
li·vij·ca·ix· (sicut omnia animãtia fu=
erunt concessa homini/ excepto q2 non
debuit comedere carnem cum sanguĩe
(vt patz geñ·ix·) sic omnes scripture
tam poetaꝝ q̃ gentilium legi possunt
ad vtilitatem/exclusis tamen erroribꝰ
qui p sanguinem intelliguntur·

Capitulum ·vi· de arithmetica scdm isidoꝝ·

Arithmetica ẽ disciplina nu=
meroꝝ greci eniz numeꝝ rith
mon vocant· Quã scriptores
seculariũ lr̃arum inter disciplinas ma
thematicas ideo primã esse voluerunt
quoniam ipa vt sic/nulla alia indiget
disciplina· Musica autez z geometria
et astronomia q̃ sequitur/ vt sint atq;
subsistãt/istius egeret auxilio· De au=
toribus arithmetice · numeri discipli=
nam apud grecos primum pythagorã
nuncupãt scripsisse· ac deinde a nicho=
maco diffusius esse dispositam· Quã
apud latinos primꝰ apuleius/ deinde
boetius transtulerũt· Quid sit nume=
rus· Numerus est multitudo ex vnita
tibus aggregata· Nam vnum semen
numeri non numeꝝ esse dicimus· Vñ
numero numus nomen dedit/ z a sui
frequẽtatõne vocabuluz indidit· Vnꝰ
a greco nomen trahit· greci enim vnuz
enna dicunt· sicut duo z tres/quos illi
dia z tria appellant· Quatuor vero a
figura quadrata nomen sumpserunt·
Quinq; vero non scdm naturã sed fm
placitum voluntatis vocabulum acce
perunt/ ab eo qui numeris nomina in
didit· Sex autem z septem a greco ve=
niunt· In multis eniz nominibus que
in greco aspiratõnem habent/nos pro
aspiratõne s·ponimus· Inde est q2 pro
hex sex/z p hepta septem/sicut p her=
pillo herba serpillum· Octo vero per
translatõnem sicut illi z nos ita· Illi
nea nos nouem· Illi deca/nos decem·
Dicti autem a decem greca ethimolo=
gia· eo q2 ligant z cõiũgunt infra ia=
centes numeros· Nam decinas cõiun
gere vel ligare apud eos dicitur· Por
ro viginti sunt decem bis geniti· u pro
bi lr̃a posita· Triginta q2 trinario dena
rio gignãtur· sic vsq; ad nonaginta· Cẽ
tum vero vocati a centu qd̃ est circulꝰ
ducenti a duo z centum· sic z reliqua
vsq; ad mille· Mille vero a multitu=
dine· inde z militia· Quid p̃stant nu=
meri· Ratio numeroꝝ non cõtemnen
da est· In multis eniz sciẽtiaꝝ scriptu
raꝝ locis quãtum misteriuz habz elu=
cet· Non enim frustra in laudibus dei
dicitur/omnia in numero/mensura/z
pondere/fecisti· Senarius nãq; nume
rus qui partibus suis perfectus est·
ꝑfectõnem mũdi quadaz numeri signi

ficatōne declarat. Similiter ⁊ .xl. dies
quibus moises ⁊ helias ⁊ ipē dominꝰ
ieiunauerūt/ sine numeroꝝ cognitōne
intelligūtur. sic ⁊ aliȷ̈ in scripturis sa=
cris numeri existunt. quoꝝ figuras nō
nisi noti huius artis scire soluere pñt.
Datum est nobis etiam ex aliqua pte
sub numeroꝝ ꝯsistere disciplīa: quādo
horas p eam discimus: quādo mensiū
curricula: quādo spacium anni redeun
tis cognoscimus. per numeꝝ siquidem
ne confundamur instruimur. tolle nu=
merum rebus omnibus: et omnia pe=
reūt. a dime seculo cōputū ⁊ cūcta igno
rantia cōplectitur. nec differre possunt
a ceteris animalibus/ qui calculi nesci
unt ratōnem.

Capitulum septimum de geometrie inuētoribꝰ et de vocabulo eius.

Geometria disciplinā primum
ab egyptiȷ̈s reperta fuisse dr̄.
quia vndante nilo: ⁊ omnibꝰ
possessionibus eius limo obductis: ini=
cium terre diuidende p lineas ⁊ men
suras nomen arti dedit. que deinde la
tius acumine sapiētum cum pfecta est
et maris/ ⁊ celi/ ⁊ aeris spacia metiū=
tur. Nam prouocati studio sic ceperūt
post terre dimēsionem/ ⁊ celi spacia q̄=
rere: quāto interuallo luna a terris/ a
luna sol ipē distaret. ⁊ vsq3 ad verticē
celi quāta sc3 mensura discederēt. sicq3
interualla ipsa celi/ orbisq3 ambitum
per numeꝝ stadiorum ratōne pbabili
distinxerunt. Sed quia ex terre dimē
sione hec disciplina inicium sumpsit:
ex inicio sui ⁊ nomen seruauit. Nam
geometria de terra ⁊ de mensura nun=
cupata est. Geos enim grece: terra
vocatur latine. ⁊ metros mensura. Hu
ius discipline ars continet in se linea=
menta/ interualla/ magnitudines/ fi=
guras/ dimensiones/ ⁊ numeros. De
diuisione geometrie. Geometrie qua=
driptita est diuisio. in planum: in ma=
gnitudinem ratōnalem: in figuras so=
lidas: ⁊ magnitudinem numerabile3.
Plane figure sunt: que ⁊ longitudine
et latitudine continētur. que sunt (iu=
xta platonem) numero quinq3. Nume
rabilis magnitudo est. que numeris
arithmetice diuidi potest. Magnitu=
dines ratōnales sunt: quarum men=
suram scire possumꝰ. Irratōnales ve=
ro quaꝝ mensure quantitas cognita
non habetur. De differētia geome=
trie/ arithmetice/ ⁊ musice. Inter eas
hoc interest: vt media inuenias. In a=
rithmetica primo si queris mediū ali
quorum numeroꝝ: cōiungis extrema
et diuidis: ⁊ facis medium. vtputa fac
extrema esse sex ⁊ duodecim: simul iū
gis. ⁊ faciunt. xviiȷ̈. ptiris media/ ⁊ fa
cis. ix. qd̄ est analogicum arithmetice/
vt mediu3. Nam quot monadibus su
pat primum: tot supatur ab extremo.
supat enim sex tribus monadibus: et
bis supatur a duodecim. Scd̄m geome
triam vero ita queris: extrema multi
plicata tātu3 faciūt: q̄tu3 media mul=
tiplicata. vtputa sex et duodecim. sint
extrema illa multiplicata/ faciūt. lxxiȷ̈
media autem que sunt octo ⁊ nouem/
multiplicata etiam tantūdem faciunt
Scd̄m musicam ita queris: in qua pri
mi pte supatur medium a primo ex ea
dem extremi pte supatur medium ab
extremo. vtputa octo duabus ptibus
supant sex: que due partes sunt tercia
senariȷ̈ pars. Ideo media pars scilic3
octo in quatuor partibus ab vltimo su
peratur. que est. xiȷ̈. cuius quidem nu=
meri tercia pars est quatuor. Qd̄ nu=
meri infiniti existunt. Numeꝝ autem
esse infinitum certissimū est: quoniam
in quocūq3 numero finem faciēdu3 pu
taueris. idem ipē vno addito/ non dico

augeri/imo quantulibet sit magnus/ꝛ
quãtumcuq; ingentem multitudinem
contineat: in ipsa ratõne atq; scientia
numeroꝝ/non soluz duplicari/verum
etiam multiplicari potest. Ita vero su
is quisq; numerus ꝓprietatibus termi
natur: vt nullus eoꝝ par esse cuicũq;
alteri possit. S; et dispares inter se atq;
diuersi sunt. et singuli quiq; finiti sunt
et omnes infiniti sunt.

Capitulum octauum de musica et ei⁹ vtilitatib⁹.

Artis musice multe sunt vtili-
tates. Ad cuius declaratõnez
aĩaduertẽdum: q (teste aristo.
viij. politicoꝝ) Iuuenes debent erudi-
ri in musica. Nempe iuuenes plus ce-
teris hominũ statibus/in cõtinua mu
tabilitate deuoluũtur. ꝛ lasciuijs infe-
stantur. Ipsis igitur vtile est/si operi-
bus de bonoꝝ genere/complacẽter ad
hereant. Alias enim iuuenis lasciuie
deseruiet Itaq; cum senuerit: impieta
tis amatoꝛ erit. quoniam (vt dicitur li
bro ethicoꝝ.) In his delectari ẽ nobis
vtile/ in quib⁹ ab infantia delectari in
cepimus. Si ergo iuuenis in musicali
bus eam repiat complacẽtiam/quã in
vanitatibus querere solet/sibi tunc fa
cile apparebit q praua sunt relinquere
ꝛ potioꝛi complacẽtie animũ exhibere
Ex quibus colligitur prima musice vti
litas que est iuuenes a malis compla
centijs reuocare. Alia vtilitas est: qz
letificat tristes: ꝛ letos magis ac ma-
gis letificat. vt ponit aristo. in suis ꝓ-
bleumatib⁹ parte. ix. ꝓbleumate pmo
Et idem aristo. viij. politi. Anima (in-
quit) naturaliter delectatur in musica
et facit animas sic intẽtas/vt nihil ali
ud cogitent/ sicut dicit cassiodoꝛ⁹. Rur
sus constantinus in suo viatico/refert
oꝛpheum dixisse/q p suam musicã mu
tabat principum coꝛda de tristitia ad
letitiam. Ceteꝝ musica excitat doꝛmi-
entes: ꝛ doꝛmitare facit vigilantes. sa
nat etiam a melancolia. Unde aristo.
in poli. dicit/q musica est amica omni
etati: ꝛ signanter iuuenili. Unde mu-
sicam amant animalia bruta. sicut bo
ues/cerui/aues/ꝛ pisces. Nã aues in-
cessanter cantant si audiant canẽtes.
et pisces ad melodiam congregantur.
Unde refert A. gel. li. xviij. noctiũ acti
caꝝ. q citharistarion in mari ꝓiectus/
a delphinis saluatus est. eo q cithara
dulcem sonuz ꝑegerat priusq submer
geretur. Et idem refert plinius Fingit
etiam ouidius/ q oꝛpheus cithare car
mine arboꝛes congregauit. Hui⁹ aũt
artis melodiaz nõ perpendens rex mi
da/aut saltem male de musica iudicãs
aures suas in aures asininas muta-
tas habuit. Unde psius. Auriculas a-
sini rex mida habet. Dixerat enim/q
deus pan. dulcius harmonisabat cum
cannis segetalibus: q apollo cum ci-
thara. Et licet hec fictio sit: tamen de-
signat sano intellectui harmoniã pla-
cere debere.

Capitulu; nonum de inuentoꝛibus artis musice

Musice restat inuentores desi-
gnare. Ad cuius euidentiam
cõmemoremus ea que legim⁹
Referunt enim greci pytagoꝛam pͥm
musice artez ex sonis malleoꝝ primuz
excogitasse. Audiens enim ex malleis
sonoꝛum disparitatem/aut melodiam
causari: conclusit merito harmoniã hu
mana voce ꝑampli⁹ fieri posse. Huic
etiaz narratõni alludũt boetius ꝛ ma
crobius. Alij autez tubal musice inuẽ-
toꝛem extitisse volunt. de quo tradunt

hystorie: ꝙ cum artem musice adinuenisset in columna duplici eam scripsit. quaꝝ vna marmorea: ⁊ altera latericia. Audierat enim adam ꝓphetasse duo futura mundi diluuia. vnū scȝ aqueū et aliud igneum. Vt igitur ars ꝑ eum inuēta non deleretur: ipsam in marmore scripsit/ne per aquam periret: et in lateribꝰ ne ꝑ ignem accenderetur. Vñ iosephus has duas columnas narrat in terra syrie hucusqȝ ꝑmansisse. Huic autem narratōni alludit moises gene. quinto. patrem enim musicoꝝ ipsum appellat. Ceterum aliqui dicunt moisen musice inuentorem fuisse. aquaꝝqȝ sonitu harmonias penitus ꝑpendisse. Rursus quidam veteres philosophi harmonias dicunt a celorum motibus originem accepisse. affirmantes ꝙ ex celorum motibus maxima cōsurgit melodia ratōne confricatōnis corpoꝝ celestiuȝ: in quibus credit maxima amicicia/seu concordia. vt docuit empedocles. Insuper affirmauerunt: ꝙ ab orbibus celestibus maxima cāusat melodia: sed non perpendimus. eo ꝙ (vt dicunt) ab exordio natiuitatis sub orbibꝰ nutriti sumus. et ita assiduitate audire non credimus. Ad robur autem sue imaginatōnis/inducunt exemplum de his qui a iuuētute nutriti inter fabros malleoꝝ ictus aut nō audiunt/aut saltem se audire non attēdunt. Huic opinioni proximus videt fuisse plato: qui super quēlibet orbem celestem vnam syrenem stare putauit. Horum autem opinionem reprobat aristo. libro de ꝓprietatibus elemētoꝝ. ⁊ secūdo celi. Harum autem narratōnum cōtrouersia/nec ratōne/nec experientia dissolui potest. Non enim rōne: quia in facto hystoriaꝝ narratōnibus credere oportet. nec expientia: quia p̄dicte narratōnes nostra tempa p̄cesserunt. Arbitrandum est tamen ꝙ multi fuerūt inuentores iuxta varietatem tempoꝝ et regionum. Si aūt queramus/quis inter omnes inuentores primus extiterit: puto ꝙ ipe tubal primus fuit. quia ceteros tempe precessit. sacra etiaȝ scriptura ipm inuentorem commemorat: alios autem nequaꝙ̄.

Capitulum decimum de astronomia et eius inuētoribus.

Stronomia ē astroꝝ lex que cursus syderum/⁊ figuras/et habitudines stellaꝝ/circa se ⁊ circa terram indagabili ratōne ꝑcurrit. Astronomiā primi egyptii inuenerūt. Astrologiam vero ⁊ natiuitatis obseruantiam caldei primi docuerūt. Abraham autem instituisse egyptiis astronomiam iosephus auctor asserit. Greci autem dicūt hanc artem ab athlante prius excogitatā. Ideoqȝ dictus est sustinuisse celum. Quisquis autem ille fuerit: motu celi ⁊ ratōne animi excitatus/ꝑ tempoꝝ vices/ per astroꝝ ratos definitosqȝ cursus/ꝑ interualloꝝ spacia moderata/cōsiderauit dimensiōes quasdam/⁊ numeros: que diffiniendo ac secernēdo ordine nectens/astrologiam repperit. In vtraqȝ autem lingua/diuersoꝝ sunt quedam de astronomia scripta volumina. Inter quos ptholomeus rex alexandrie apud grecos p̄ncipuus habetur. hic etiam ⁊ canones instituit quibus cursus astroꝝ inuenit.

De differētia astronomie ⁊ astrologie

Inter astronomiam enim ⁊ astrologiaȝ aliud interest. Nā astronomia celi conuersione/ornatus/ortus/obitus/ motusqȝ syderꝝ continet. vel qua de causa ita vocētur. Astrologia vero ꝑtim naturalis/ꝑtim supstitiosa est. Naturalis dum exequit solis ⁊ lune cursuȝ/vel stellaꝝ certas tempoꝝ statōes. Sup=

stitiosa vero illa est: quā mathematici sequūtur: qui in stellis auguriantur: quicq; etiaz duodecim celi signa p singula aīe vel corpis mēbra disponūt: sy derūq; cursuz/natiuitates hoīm/z mo res predicare conātur. De astronomie rōne. Astronomie rō modis plurimis constat. diffinit em̄ quid sit mundus/ quid celū/quid spere/ situs z cursus: quid axes celi/z poli: quid sint clima ta: quid curs⁹ solis z lune/atq; astroꝝ

Capituluz. xi. de medicina z eius inuentoribus

Edicina est que corpis vel tue tur vel restaurat salutē. Cu ius materia versatur in mor bis z vulnerib⁹. Ad banc itaq; ptinet nō ea tātum/que ars eoꝝ exbibet qui ꝓprie medici noīantur: sed etiam cibus et potus z regimen/defensio oīs/atq; munitio qua nr̄m corpus aduersus ex ternos ictus casusq; seruat. De nomie eius. Nomen medicine a modo id est tempamēto impositū existimat. vt nō statim/ sed paulatim adbibeat. nā in multo cōtristatur natura/mediocriter autem gaudet. Vnde z qui pigmenta et antidota satis vel assidue biberunt vexātur. immoderatio enim omnis nō salutem/sed periculum affert. De in uentoribus eius. Medicine autem ar tis actor z reptor apud grecos pbibet apollo. Hanc fili⁹ eius esculapius lau de z opere amplificauit. sed postq; ful minis ictu esculapius interijt: interdi cta fertur medēdi cura. z ars simul cū actore defecit. latuitq; p annos quīgē tos: vsq; ad tempus artbaxersis regis persarum. tunc eam reuocauit in lucez bypocrates asclepio patre genitus in insula thoos.

Capitulum duodecimuz de actoribus legum.

Oises gentis bebraice primus omniū diuinas leges sacris lit teris explicauit. Pboroneus rex grecis primus leges iudiciaq; con stituit. Mercurius termegestus pri mus leges egyptijs tradidit. Solō pri mus leges atbemensibus dedit. Licur gus prim⁹ lacedemonijs iura ex apol linis auctoritate cōfirmit. Numa pom pilius qui romulo successit in regno p̄ mus leges romanis edidit. Deinde cū populus seditiosus magistratus ferre non posset: decem viros legibus scribē dis creauit: qui leges ex libris solonis in latinum sermonem translatas duo decim tabulis exposuerūt. Fuerūt aūt bi. Appius/Claudius/Semicius/ Ve terius/Curatius/Sextinus/ Julius/ Maulius: Sulpicius/z Omeli⁹ post bumus. Hi decem viri legum cōscri bendaꝝ electi sunt. Leges autem redi gere in libris primus cōsul pompeius instituere voluit: sed non perseuerauit ob decretatoꝝ metu. Deinde cesar ce pit id facere/sed arte interfectus est. Paulatim autem antique leges ve tustate atq; incuria desinerūt: quarum et si iam nullus vsus est: notitia tam̄ videtur necessaria. Noue a constātino cesare ceperūt/z reliquis succedētibus erantq; pmixte z inordinate. Postea theodosius minor augustus ad simili tudinem gregoriani z armogiani co dicem factum/constitutōnem a constā tini temporibus/sub ꝓprio cuiusq; im peratoris titulo disposuit. quē a suo no mine theodosianum vocauit.

Capitulum·xiii·de politica ꝛ regimine ciuitatis

Olitica dicitur a polis quod est ciuitas/ ꝛ icos scientia quia finis politice est ciuitatem bene regere· Unde scientia politica est scientia qua vrbes regũtur/ seu respublica dirigitur·vt pace respublica fruatur· sicut satis innuit augustinus libro·xix·de ciuita·dei·Politica igitur concernit regimen ciuitatis Est autem ciuitas ciuiũ vnitas·Et scdm isidorum·xv·ethimolo· Ciuitas est concors hominũ multitudo/ societatis vinculo adunata·que aliquãdo vrbs vocata est/ ꝛ aliquãdo respublica nũcupatur Quã diffiniens scipio dicit eam esse rem populi·Populus autem nõ dicitur quelibet multitudo·sed solum illa multitudo que habet cõmunionem ꝛ consensum ad communẽ vtilitatem·hoc narrat aug·libro ij·de ciui·dei·et isidorus libro·xix·ethimolo··Aduertẽdum igitur quod respub·est sicut quoddam corpus quod diuino numine animatur/ ꝛ regitur·vt tangit helinãdus in cronicis libro·ij·Huius autem corporis caput dicitur princeps·ꝛ senatores locum cordis tenẽt·Judices autem ꝛ presides tenent locum oculorum/ et aurium·ꝛ oratores locum lingue·ceterisque mẽbris persone alique reipub·cõparari possent·Dicũtur autem senatores a senio eo quod antiquitus senes in senatores eligebãtur·quorum institutõnem romulus inuenit·ꝛ nomina eorum presente populo in tabulas aureas contulit· Olimque filij senatorum illi dicebãtur·qui nascebantur tempore quo patres senatores erant·alij vero non·Et hoc scripsit vulpianus suo libro·vt patet in digestis libro primo·Rursus in politia eligendus est princeps·nisi scdm genituram quis principatum obtineat·qui princeps non cupidus/ aut luxuriosus inueniatur·Unde tullius li·de padox·quo modo (inquit) imperabit vrbi·qui nõ potest cupiditatibus imperare·Refrenet ergo princeps libidines·spernat voluptates·iracũdiam caueat·auaritiam coherceat·ceteras animi labes repellat· Princeps etiam nõ debet eligi nimis pauper/ aut nimis diues· Unde olim (prout refert valerius li·vi·) duo viri coram scipione ꝛ senatu vt ad hispaniam mitterẽtur cõtendebant·quorum vnus ditissimus·alter pauperrimus erat·de quibus scipio ait·neuter mihi placet·eo quod alter nihil habet·alter nihil satis est· Ceterum indignus est principatu aut gradu superiori·qui se nõ bene regit in inferiori·vt ponit pompeius li·xij·Nec debet quis appetere regnum/ vel principatum·quia (teste seneca de beneficijs li·iij) regnum est nolle regnare cũ possis Unde galterus in primo alexãdreidos Asperius nihil est humili cum surgit in altum·Et gaufredus·Si vis bñ duci te certo cõmitte duci·Illud tñ orati, sepius accidit In libro enim sermonũ aut·Populus quoque stultus honores sepe dat indignis·Et claudius in maiori· Jam non ad culmina rerum iniustos creuisse querat·Tollũtur in altũ·vt lapsu grauiore ruant·Quibusdam tamen princeps nullus placet·omnibusque detrabunt·Illudque sydonij in epl'ari suo libro·v·dicere videretur/ si eligimus humilem·vocatur abiectus·si erectum·superbus·si doctum·inflatus· si imperitum·irridebit·si seuerũ·crudelis erit· si indulgẽtem·facile culpabitur·si simplicem·despiciet·si diligẽtem·supstitiosus credetur· si quietum·ignarus vocabitur·si abstinẽtem·auarus·si bene pascẽtem·gulosus putabitur·His ergo virtus nulla placet· Quicquid sit tamen virtuosi semper sunt eligendi in principes·quorum conditõnes ꝛ mores narrat helinãdus vbi supra·Princeps (inquit)

constitut⁹ nō multiplicabit sibi equos
nec subditis erit onerosus· neq₃ multi=
plicabit seruos: nec canes aut bestias/
sed qđ satis est tenebit histriones/ mi=
mos/ lenones/ meretrices repudiabit·
inferiores non corrūpet exemplo· quia
(teste claudiano libro· iiij·) mobile mu=
tatur semꝑ cum principe vulgus· vxo=
resq₃ non habebit plures· lr̄is intendet
et cum iudicabit: ad alteram ꝑtem nō
declinabit· deum ꝑ̄cipue colet· munera
nō acceptabit· suosq₃ officiales frequē
ter non mutabit· Vnde tiberius(ꝑut
refert iosephus) procuratores suos vix
aut nunꝗ̄ mutabat· In hoc enim se di
cebat parcere plebi· Nam ꝓcuratores
scientes ad modicum tempus habere
ꝓcuratōnem/ quicquid pn̄t rapiunt·

Capitulū· xiiii· quō prin cipes subditos suos rege re ⁊ defendere debent·

PRinceps habeat milites bel=
licosos/ qui ꝓ̄liari debent/ non
ꝓ iniuria inferenda/ sed repel
lenda: patriaq₃ defendēda· Nec debēt
timere viri bellicosi: ꝙ deo non pla=
ceant· quia sanctus dauid bellis inten
debat· et centurio pariter qui dn̄o ait:
dn̄e non sum dignus vt intres sub te=
ctum meum· Hec aug⁹· ad bonifaciuz
Et idem augusti· libro de verbis dn̄i:
Militare(inquit) non est delictum: sȝ
ꝓpter ꝓ̄dam militare peccatuȝ est· Nec
rempub· gerere criminosuȝ est· sed ideo
gerere rempub· vt diuitias augeas: vi
detur esse damnabile· Vnde prelia nō
debent fieri cupiditate/ ac crudelitate:
sed pacis studio gerātur/ vt mali cohe
ceātur/ ⁊ boni subleuētur· Vnde greg·
Vniuersis militibus neapolitanis scri
bens: summa(inquit) militie laus in=
ter alia bona merita hec est: obediētiā
reipub· vtilitatibus exhibere· Ceteꝝ
isidorus ethimolo· libro· ix· Iustum(in
quit) bellum est qđ ex dicto gerit̄ de re
bus repetēdis: aut ꝓpulsandoꝝ hoīm
causa· Vnde aug· libro· lxxxiij· qōnum
dn̄s(inquit) deus noster nō ad hieru=
salem vane iubet: vt constituat sibi re
trorsum insidias/ scȝ insidiātes bellato
res ad insidiādum hostibus· Et ibidē
Iusta(inquit) bella gerebāt̄ a filijs
israel cōtra amorreos: a quib⁹ amor=
reis transitus negabat̄· qui iure equis
simo humane societatis parere debe=
bant· Aduertant autem bellatores: vt
non prelietur iniuriam inferendo/ sed
ab iniuria se defendendo· Vnde am=
brosius libro primo de officijs/ nō ī in=
ferenda/ sed repellenda iniuria lex vir
tutis est· Et anastasius papa: qui(in=
quit) potest obuiare ⁊ ꝑturbare puer=
sos/ ⁊ non facit: nihil aliud est ꝙ̄ fa=
uere impietati eorum· Nec caret scru=
pulo societatis eorum occulte/ qui ma=
nifesto facinori desinit obuiare· Ean=
dem sententiaȝ tangit ambro· li· de of=
ficijs· ⁊ hiero· super sophoniam· Rur=
sus helinandus vbi supra/ dicit princi=
pem sic debere viuere/ vt a subditis di
ligatur· Nam codrus atheniensiū rex
ꝓ victoria populi sui seip̄m morti tra=
didit· Nam mutato habitu regio sar=
menta colligens/ castraq₃ hostium in=
gressus/ a milite quē falce in iurgio ꝑ
cusserat interfectus est· Rex igit̄/ aut
princeps sic suos diligat: vt etiam pro
ip̄is mori non timeat· Vnde iulius ce
sar dicere solitus erat: dux qui non la=
borat vt militibus carus sit/ militem
nescit amare· Vn̄ seneca· Si vis ama
ri: ama· Nam iulius pistorem vincu=
lauit/ eo ꝙ sibi meliorem panem ꝙ̄ ce=
teris militibus attulerat· Alexander
quoq₃ videns militem suum macedo=
nem ꝑ nimia senectute frigore obstupe
factum: de sede sublimi descēdit: et su=
is manibus dictum militem in sedem

posuit Nam princeps qui a suis militibus nō diligit/tanq̄ tyrānus dn̄atur nec securitate vbi est fruitur. Unde cū dionisius tyrānus iuberet corpus suū a multis militibus custodiri: plato ei dixit. Quid inquit malum fecisti: vt a tot militibus custodiri habeas. Unde claudianus. non sic excubie/non circūstantia tela: q̄ tutatur amor. quasi diceret: q̄ qui amatur/ nō eget custodia.

Cap̄. xv. de legibus diuinis et humanis

Inuentoribus legum dictuz ē supius cap̄. xij. Nunc igit̄ supsedendum de eo. Sed aduertendum q̄ leges diuine p̄ferende sunt humanis. Unde gratianus. constitutōnes (inquit) principuz/ ecclesiasticis institutōnibus non p̄eminent sed ecclesiasticis legibus postponende sunt. Un̄ helinādus in chronicis. libro. ij. Humane leges eatenus valent/quaten⁹ a diuinis non discrepant. Alioquin falsuz est q̄d in lege scriptum est. quod principi placet/scilicz deo legis habet vigorem. Ceterū sciēdum q̄ sicut lex est cōmune p̄ceptum: sic ex cōmuni consensu confici debet: vt trahitur ex summa azonis. Unde papinianus li. x. diffinitōnum lex (inquit) est p̄ceptuz cōmune viroꝝ prudentium. que lex non debet fieri ꝓpter aliquem casum pticularem sed ꝑ cohertōne maloꝝ/que vt cōmuniter contingere possunt reipublice: vt ponit Julius celsus libro. v. Unde legis effectus est imparare/vetare/punire inquit modestius libro primo regulaꝝ. Princeps igitur non solum armis sz etiam legibus rempubli. debet defensare. vt tangit iustinia. libro institutōnum. Rursus aduertēdum/ q̄ ius canonicū ꝛ ciuile quodāmodo sunt ptes politice. Itaq̄ politica scientia est cōmunis ad omnia iura. Unde ius nomen generale est. lex autem species ei⁹ Unde ius dicitur quia iustum est/ seu dicitur a iustitia. vt ponit vulpianus libro primo institutōnum. Lex autem dicitur a ligando/quia ligat. aut ab eligendo/quia eligitur. Sunt aūt multe species iuris. Quoddam enim dicit̄ ius publicum/q̄d pertinet sacerdotib⁹ et magistratibus. Aliud priuatum q̄d ad vniuscuiusq̄ vtilitatem pertinet. Quoddam etiaz est ius quod vocatur gentium: quod concernit id q̄d debetur deo ꝛ parētibus. vt ponit pompeius. Aliud est ius p̄torium. q̄d pretores introduxerunt pro salute reipublice. q̄d cōmemorat papinianus libro primo diffinitōnum. Quoddam est ius humanum q̄d dicitur positiuū. q̄d posituz est ab homine. Aliud est ius ciuile. q̄d pertinet ad populum vel ciuitatem. diuina humanaq̄ causa institutuz. Aliud est ius quiritum id est romanuz. quia quirites/ꝛ romani ipm̄ inuenerunt. Jus autem canonicum dicitur ecclesiastica institutio. cuius plurimi fuerunt scriptores. Primus fuit isidorus/qui primus scripsit librum apostolicuz decretoꝝ. deinde iuo episcopus carnotensis regulas canonū per capitula ordinauit: ꝛ ad numerum decem libroꝝ redegit. multeq̄ abbreuiatōes postmodum facte sunt. actores non occurrūt. Verūq̄ gratianus decretum scripsit. Ceterum aduertendum q̄ ius ciuile a duabus ciuitatibus emanauit. scz ab athenis ꝛ lacedemone. Unde regnāte ioas in iuda: ligurgus lacedemoniis iura cōposuit. Qui ligurgus quecūq̄ precepit prius obseruauit. vt tangit iustinus libro. iij. Primo eniz statuit vt auri ꝛ argenti vsus non haberet. terrasq̄ ꝛ patrimonia ꝑ equalia diuisit. et cōuiuari omnes publice iussit. iuue.

nesc; voluit vna sola veste p anno vti virgines etiam absq; dote desponsari. multaq; alia decreuit narratõne longa. Rursus apud romanos postmodum creuit. Vnde pompeius libro singulari eucheridij tradit romulum diuisisse romam in tres partes quas curias appellauit. quia ibi cause agebantur. Leges quoq; fiebant in predictis curijs. que omẽs conscripte fuerũt tempore Sixti papirij. qui fuit tempe tarquini superbi. Liber autem illarũ legum vocatus est liber papirianus/ nõ quia papirius eas fecisset/ sed quia ordinate scripsit. Postmodum autez romani decem viros constituerũt. qui leges a ciuitatibus grecorum collegerũt quas susceperũt scriptas in decem tabulis eburneis. datumq; fuit illis posse/ vt ilias leges corrigerent. ꝛ ideo duas tabulas predictis tabulis adiunxerunt. Vnde leges duodecim tabularũ ab omnibus vocabãtur. quia duodecim tabule in omibus erant. Post hoc appius claudius leges reduxit ad librũ vnum. et flauius scriba libertinus populo tradidit. Vnde senator fieri meruit. Deinde cornucanus primus sciẽtiam iuris ciuilis publice pfessus est. Verum papirius publius leges regias prius in vnum volumen cõtulerat. Et appius claudius duodecim tabulas ex legibus scripsit. publius vero decẽ libros reliquit iuris. Maculius totidem. brutus. vij. et micius publij fili⁹ iuris ciuilis sciẽtiaz ad libros. xviij. redegit. qui digesti sũt ab ausidio. Multiq; alij scripserunt. quorum fama vetustissima est. de nouellis autem memoria publica est.

Ca. xvii. de regimine domus vxoris filioꝝ seruorum et generaliter de iconomia.

Iconomia est ars vel scientia in qua domesticaꝝ reꝝ sapienter ordo disponitur. vt inquit isidorus libro ethimo. Richardus aũt libro descriptõnum dicit/ ꝙ iconomia est scientia que familiaris officij curã mediocri dispositõne componẽs distribuit. Hac igitur scientia indiget quicũq; paterfamilias vt suam domũ sapiẽter regat/ ꝛ dirigat. quia dñs ex domo honestatur. vt tangit tullius li. primo de officijs. Naz decoꝝ est valde pacem domus illustrium viroꝝ habere. vt tangit idem libro. ij. de officijs. Vñ ipse tullius cõtra salustium/ reprobando ipm dicebat. Nec quicquid turpi⁹ domui tue ꝙ tu. Et valerius. li. ij. Quid prodest foris esse strenuũ si domi male viuit. Et ibidem. quoꝝ opa splendorẽ suũ procul obtinuisse videt. eoꝝ dignitatem indignuz est ꝛ deforme domi collabi. Vnde tibullus. Quid pdesse põt pondus graue diuitis auri. auraq; pingu ia. quid si fundant munera boues. quid ve domus pdest firmis innixa columnis. aurateq; trabes marmoreũq; soluz. quasi diceret ista nihil prodesse nisi domus recte gubernet. Ideo seneca de quatuor virtutibus dicit. ꝙ sapiens non debet velle vocari dñs a domo. quia domus a dño debet nũcupari. Circa igitur regimen domus maxime attendẽdum est ad regimen vxoris. quia nihil est crudeli⁹ infesta muliere. vt ponit fulgẽtius li. suaꝝ mitologiaꝝ. Si tamen mulier bona fuerit. domum optime disponit. Vt autem

bona sit maximum remediuz est: si vir bonus ipse fuerit. Unde narrat hieronimus ꝯtra iouinianũ libro primo/ de quodaz qui cũ uxore pudicissime vixit Unde cum os sibi feteret/ ipo tñ ignorante: quidam ei improperauit. et tũc uxori sue dixit. cur ei nõ intimauerat. que rñdit: putabam (inquit) omnibus viris sic os olere. Itaqꝫ summa castitas in ambobus fuit. Unde tibullus libro primo. Casta p̄cor ꝯiunx maneas sãctiqꝫ pudoris: Assideatqꝫ custos sedula semp anus. Qui versus ꝯtendũt: vt fidelis custodia assit mulieri. quia mulier de se fragilis est: faciliterqꝫ decipitur. Vñ (narrãte valerio maximo) socrates cuidam quereñti. an sibi expediret nubere vel nõ: respondit penitẽtiã se facturũ quocunqꝫ fecisset. Si (inquit) non nupseris: solitudo te affliget. ⁊ si uxorem duxeris: sollicitudo te concitat. Fortassis autem ideo ꝯiugia sunt onerosa: quia decenti nõ ꝯtrahũtur amore sed cupiditate interueniẽte fiũt. Unde narrat vale. li. vij. de quodam qui habens vnicam filiam cõsuluit themistoclem/ vtrũ bono viro paupi/ aut minꝰ pbato diuiti filiam collocaret. Ego vero (inquit) malo virũ qui pecunia egeat: q̃ pecuniã que viro. Narrat etiam de marcia filia cathonis minoris. qꝫ cũ peteret̃ ab ea cur ꝑdito viro denuo nõ nuberet: rñdit non se inueníre virum qui se vellet magis q̃ sua. Non sunt igit̃ mulieres ꝑpter pecuniã assumende. alias eñ ꝯiugia male fiunt. Nam et phi plures timẽtes in cõiugio fraudari: nubere distulerũt. Nam cicero rogatus ab hircio/ vt post repudium terentie sororẽ eius duceret: omnino facere supsedit: dicens nõ posse se uxori et phie pariter operam dare. Nam si pulchra erit: difficile est custodire qđ plures amant. si autem turpis: molestuz est possidere/ qđ nemo habere dignet̃. plures ergo nubere contempserũt. Cõiugia tamen licita sunt/ dũmodo licite cõtrahantur. quia (teste ouidio i libro de remedijs) turpe vir ⁊ mulier iuncti modo p̄imus hostes. quia scꝫ qđ malo titulo iunctum est malo terminat̃ fine pluri maqꝫ contingunt incomoda. Vñ terentius. Unoquoqꝫ animo omnes socrus oderũt nuros. ecce odium. Et ouidius libro primo methamor. Imminet exitio vir coniugis illa marito. Filius ante diem patrios inquirit in annos. ecce labores. Sed etiaz plurima resurgunt comoda. vtputa educatio filiorũ corpisqꝫ ꝓprij custodia. Rursus aduertendum qꝫ iconomia exigit filios debite nutriri. Vñ quintilianus libro primo. Utinam (inquit) liberoꝝ nostroꝝ mores nosipi non pderemus. Nã mollis educatio quã indulgentiam vocamus/ neruos omnes mentis ⁊ corpis frangit. Itaqꝫ pueri sunt corrigẽdi. nõ tamen nimis aspere. quia (teste quintiliano libro. ij) ingenia pueroꝝ nimia emendatõnis seueritate deficiũt. Nã et desperant/ ⁊ dolent/ ⁊ nouissime oderunt. ⁊ qđ maxime nocet est/ quia dum omnia timent/ nihil conãtur. moderate igitur sunt corrigendi. sed multi non attendunt. quia tanq̃ viros/ puerulos cõcutiunt. vt ponit valerius libro. ij. Alij vero liberos suos non instruunt. cuius oppositum augustus cesar fecisse legitur. Nam filiam suam ⁊ nepotes suos iussit lanificio insistere. vt ponit suetonius libro. ij. de. xij. cesaribus. Rursus paterfamilias suos debet discrete regere seruos: non spernẽdo/ sed amicabiliter alloquẽdo. Unde seneca ad luciliuz epistola. xlvij. Illos (inq̃t) rideo/ qui turpe estimant cum seruis suis cenare. hoc eñ supbia facit: vt cenãte dño stantiũ seruoꝝ turba circũstet Unde didimus rex bragmanoꝝ ad alexandꝝ magnum: in homies nostri similes seruitutem nõ ponimus. Aliorum seuicia est in obsequiũ cogere eos

quos nobis fratres eadem natura pgenuit. et quibus a deo patre omnium bonorum spondetur hereditas. Seruis ergo non sunt imponenda grauia onera. Unde narrat valerius li. iiij. quod cum plato aduersus seruum suum propter delictum vehementer exarsisset: ne vindicte modum haberet: castigationem sui serui speusippo amico suo commisit. Unde plautus. Ve autem apud quos domini vigiliam multam in noctem protrahunt. tum enim seruis de vita quantum de nocte auferunt.

Capitulum. xvii. quomodo paterfamilias debet sibi acquirere amicos.

Paterfamilias amicos sibi vendicare debet. Nam (teste seneca libro. iij. de benefi.) nemine tam alte secula posuerunt vt non illi amicus eo magis desit: quo nihil absit/ seu abest. Et idem seneca li. de remedijs fortuitorum. Quere (inquit) amicos inter honesta officia. quere in laboribus Ad mensam res ista non queritur. Nam modicus amicus est qui dumtaxat est amicus mense. De tali amico dicit sapiens. vinum nouum amicus nouus. Expedit ergo sapienti iconomico amicum vel amicos bonos conquestare. nec de facili intermittenda est incepta amicitia. Quia (teste tullio. li. de amicitia) veterrima amicitia sicut vinum vetus dicitur esse suauissima. maxima enim est vis vetustatis et consuetudinis. Eligat ergo sapiens amicum quem semper custodiat: et cui sicut sibiipsi credat. Alias enim non est amicus: vt inquit seneca epistola. iij. ad lucillum. Sed talem amicum difficile est possidere: nisi bonus sit qui amat/ et qui amatur. Quamobrem amicitia deliberate contrahenda est. sed contracta cum fuerit: manutenen debet. Unde suetonius. li. ij. de. xij. cesaribus narrat/ quod augustus cesar amicitias non facile admisit sed constantissime retinuit Ideo plautus in aulularia. in amicitiam (inquit) et fidem: stultum ne receperis. Nam insipientium atque improborum/ facilius odium quam collegium. Qui ergo sapiens est: bonos insequitur: et amicum eligit prudentem. quem multi non reperiunt: quia multos amicos habere volunt. et ignotos notis preferunt. Quibus contradicit theofrastus. expedit (inquit) amicos iam probatos amare: non amatos probare. Unde catho. Ignotum tu tibi noli preponere notis. Et sequitur. Cum tibi vel socium vel fidum queris amicum. Non tibi fortuna hominis sed vita petenda est. Et cum amicum etiam bonum sapiens inuenerit: commode diligat. Unde catho. Dilige sic alios vt sis tibi carus amicus. Sic bonus esto bonis ne te mala damna sequantur. Ceterum: amico non sunt onera imponenda incongrua ne forsan prodat Unde macro. in li. saturnalium. Ita amicum habeas: vt inimicum posse fieri putes. Et salust. Veros (inquit) amicos/ neque armis cogere/ neque auro pare queas sed officio et fide paratur. cum quibus amicis breues rationes/ et longas amicicias habere oportet/ Exordium autem amicicie est bene loqui. et principium inimicicie maledictio est. Amicus enim cito amittitur. et raro acquiritur. Hec socrates. Ceterum iconomicus bona que possidet prudenter distribuere debet. Unde maior est in conseruandis rebus/ quam in reperiendis adhibenda cautela. vt ponit cassiodorus epistola. xxxiij. Unde claudia. in maiori volumine. Plus est (inquit) seruasse repertum: quam quesisse nouum. Unde probus quidam dictus domas. Amico (inquit) me roganti si dedero pecuniam mutuo: et ipsum et pecuniam pro quo intelligendum est apud auaros. Itaque bona discrete sunt distribuenda. Verumtamen qui mutuo capit: gratus reddere debet.

Unde ex pverbijs sapientu colligitur. qd fraus est accipere/qd no possis red dere. Et embrosius in libro de thobia Pauptas (inquit) non habet crimen: sed debere verecudum est: et non red dere verecudius. Et subdit. si diues es nullam patiaris petendi necessitatem Si pauper es soluendi considera diffi cultatez. Unde seneca libro de benefi. Primo docendi sunt/qui libenter acci piunt libenter reddere. quia si benefi cia gratis collata reddenda sunt: mul to fortius mutua. His autem sermoni bus mutuare non dissuadetur: nisi no amicis/aut his qui reddere nolunt. Unde aug. libro de doctrina xpia. do cet amicis succurredum esse. cum (in quit) omnibus prodesse no possis: his potissime succurras/qui tibi tempe sue opportunitatis comune quadem sorte iungutur. quia scz amicis bona ppria mutuo vel dono sunt distribuenda.

Sophologii liber secundus finit.

Liber tercius qui est de amore virtutum feliciter incipit. cuius sunt tredecim capitula.

Capitulum primum quomodo virtutes sunt naturaliter appetende.

Irtus medicina e corporis pariter et anime virtutesq appetere/ vnicuiq naturale est Cuiuslibet igitur studium p adipiscendis virtutibus debet applicari. Unde boe. libro de cosolatoe. Omnis inquit mortalium cura qm multiplicium studiorum labor exercet/diuerso quidem calle pcedit: sed ad vnum beatitudinis finez nititur peruenire. quo quis adepto: nihil vltra desiderari queant. est eni cuncta intra se bona continens. Hoc enim bonum medio virtutis adipisci potest. qd multi credentes obtinere/itinera mins virtuosa sectati sunt. Unde aug. xviij de ciui. dei narrat qualiter philosophi quidam suum finem in voluptatez co stituerut. vt aristippus. Alij in virtute vt antistenes. Alij in sensibus corporis Omes tamen aut a sensu naturali defecerunt: aut bonum et virtutem appetierut. Nam virtus sua dignitate animum trahit: sicut arbor diligitur pter fructum. vt ponit tullius in rhetorica prima. Nam omnia honesta cocordat roni. inquit aristo. in ethica noua. Et quintil. de oratoria institu. libro primo

Nihil (inquit) potest placere qđ non
decet· scilicz voluntati non corrupte·
Bonum enim appetere naturale est·
Unde seneca ad lucillum epl'a·xlvij·
Omne (inquit) honestum voluntariuz
est Non enim potest honestum esse qđ
non ē liberꝝ·Et libro de benefi·iij· Re
rum honestaꝝ p̄cium in ip̄is est·Et in
suo edippo vbi inquit·turpis est medici
na que sanari piget Ex quibus aperte
concludit q̄ voluntas seu libertas hu
mana virtutes ⁊ honesta petit natura
liter·Unde tulli⁹·ij·de officijs·Idip̄m
qđ honestum decorūq₃ dicimus p se no
bis placet/animosq₃ omniū sua natu=
ra cōmouet· Idez ponit li·iij·quia scz
natura id petit qđ honestuz est aut sal
tem videtur appetere·si autem iudiciū
fallit peccatum hoc agit·Vnde tullius
libro de padox·qđ (inquit) honestū est
id solum esse bonum stoici testantur·
Unde hecaton stoicus·omīe (inquit ho
nestum in arduo est·quia scz mens ar
descit·vt qđ honestuz est habeat·cuius
modi est virtus·quia (teste tul·in libro
de amicicia) nihil est virtute amabili⁹
nihil qđ magis alliciat ad diligēdum
Nam p̄ter virtutem ⁊ pbitatē ⁊/eos
quos nunq̄ vidimus: diligimus·virt⁹
igitur omnino amabilis est· Nempe
ip̄e tullius in rethorica prima ·virtus
(inquit) est habitus anime iudicio rō=
nis consentaneus·Et ibidem·virt⁹ est
habit⁹ a quo quis bonus existit ⁊ op⁹
suum bonum reddit Et tullius li·de le
gibus·virtus est recta ratio·Vnde ari
sto·ij·ethicoꝝ·virtus est que habētem
perficit·⁊ opus suum bonum reddit·
Et libro de fine boni ⁊ mali·tullius in
quit·Uirtus est habitus conformis iu
dicio ratōnis·Et·quoq₃ de officijs pri=
mo·Virtus est per quā laus in actōne
cōsistit·Ipsius tamen virtutis comes
est inuidia·quia scilicz virtuosis mul=
ti inuident Vnde africano virtus emu
los comparauit·vt inquit tullius in the=
torica·ij·Nihilominꝰ virtus omīa vin
cit·quoniam virtuti omnia parent· vt
ponit salustius in catilinari·et p virtu
tem opus redditur facile·resq₃ pri⁹ ap
parens impossibilis/redditur possibi=
lis vt fertur dixisse isocrates i suis ex
hortatōnibus narrante calcidio in pro
hemio super thimeum platonis·Sapi
ens igitur virtutes querat/per quas
obliuisci poterit dānorum que gessit·
Unde seneca ad lucillum epl'a·xiiij·q̄
diu (inquit) virtus salua fuerit: nō sen
ties quod abscesserit·Nam ira cupidi
tas pericula per virtutem p̄tereunt·
Et idem seneca· nulla (inquit) virtus
latet·⁊ si lateat non est ipsius damnū·
veniet eniz dies quā publicabitur· Vn̄
idē seneca libro de matura morte·vna
(inquit) res est virtus/que nos immor
talitati donare pōt: ⁊ pares facere dis
p virtutē eni homo sapiēs fieri p̄t Vn̄
lactā· li·de falsa sapīa: virt⁹ (inquit)
cum scientia cōiuncta sapiētia est·Ni
mirum ergo si virtus iuxta pbleuma=
ta appetenda est·

Capitulum·ii·qualiter natura cupit virtutes·

Irtutes tanq̄ pfectissimas ⁊
conueniētissimas perfectōnes
natura innata est suscipere·Vnde ari
sto·libro·ij·ethi·neq₃ (inquit) a natura
neq₃ p̄ter naturam fiunt virtutes: sed
innatum est nobis p assuefactōem re=
cipere ip̄as·Ex similibus enim actib⁹
fiunt similes habitus· Vnde prosper
in libro epigrā· nos hortatur dicens·
Ad patriam vite de noctis velle voca
ti· Uirtutum gradibus scandite lucis
iter·Omnis virtutum semper substan
tia salua ē·Inuit⁹ xp̄i munera nemo
rapit Rursus gaufred⁹ in sua poetria
noua: sectemur (inquit) hoēsta ⁊ mala

vitemus·quia virtus optima rex pes=
sima res viciū· nihil eque pniciosum·
Et iuuenalis libro·iiij· satyra prima·
Nobilitas sola est/ atq3 vnica virtus·
Quis ḡ virtuosus fieri nō desiderabit
Nam(teste maximiano fuluo)virt⁹ p̄
ciosior est auro·nec putrescit·sed in ad
uersis crescit/ vt inquit lactantius lib·
iiij·Si ergo virtutis amator esse cupis
attende quoniā virtus nihil aliud est/
nisi exemplar honesti·vt inquit lactā·
libro·ix·Nempe virtus ridet in aduer
sis· Studeat ergo vnusquisq3 in virtu
tibus habundare· vt in se habeat: qđ
in aliis amat·prout ex prouerbiis sapi
entum edocetur·virtus enim ad bea=
tam vitam perducit· Unde tullius li·
primo de legibus·virtus(inquit)est p
fecta ratio:q̄ certe in natura est·Itaq3
nihil pstabilius hac/natura petit· qr
constat nos ad iusticiaz esse natos·vir
tus eniz omniū animos natura sui cō=
mouet· inquit tullius·ij·de officiis ·
Reuera multomagis est scđm naturā
cōmunitas/iusticia/ ⁊ libtas:q̄ cupidi
tas aut voluptas· nihil enim tam pm
naturam est q̄ humanitas·Hec tulli⁹
iij·de officiis· Si ergo laudabile est na
turam imitari: nunquid virtutes ha=
bere desiderādum est? Idem tullius
libro de amicicia·illos viros bonos ap
pellādum putemus: qui assequūtur(
quātum homines possunt)naturā op
timam bene viuendi ducem· Quintili
anus libro primo de oratoria institut·
omnia que ars cōsummauerit/certum
est a natura inicia duxisse· Nobis igi
tur ad virtutes sunt quedaz semina na
ture concessa:etiam anteq̄ doceamur·
Si enim in virtutibus foret anxietas:
et criminibus solum insistere delectabi
le esset:fortassis virtuose viuere peno
sum fieret:⁊ bene agendi excusatio p̄=
beretur· Sed in virtutibus gaudium
pfectuz habetur· ⁊ homo ex conditōne
sue nature ad honesta dicitur· nullate

nus ergo excusatur·Seneca ad luciliū
Habet hoc optimum in se generosus
animus:q̄ concitatur ad honesta ma=
gnarum rerum spes ad se vocat/⁊ att=
tollit·docilesq3 natura nos edidit·et rō
nem dedit imperfectaz·que tamen vir
tutibus perfici posset· Hec sene· epla
lxxxviij·Rursus si virtuosum fieri co=
actōnis opus esset:laudabile bonū for
tassis non videretur·Nullus eniz lau
dabilis est in eo qđ vitare nequit/cum
vellet Sed proculdubio opera virtutū
libere fiunt·nutuq3 spontaneo coassu=
mūtur·vt ponit didim⁹ in epla ad alex
andrum·Nullum(inquit)virtutis iu=
dicium est qđ vitari non possit· Nam
ad bene viuenduz libero incitamur ar
bitrio Sed plurimi virtutes opinātur
graues:quia bene viuere nolunt Sed
queso vt hi saltem doleant/eo q̄ bona
voluntate carent·Si eniz boni fieri cu
perent:virtutibus faciliter insisterent
Nulla enim tam facilis res:quin dif=
ficilis sit·quā inuitus facias:inquit te
rentius· Utinam igitur huiusmodi li=
benti animo bona desiderarēt·Utinaz
saltem mala que facere nequeunt/nō
appeterent·Iuxta illud terentii poete·
quādoquidem id non potes facere qđ
vis:id velis quod possis· Itaq3 mala
que cupis explere si non vales: bona
tunc facias que peragere potes· Sed
aliqui dicunt ad plurima opera vicio=
rum se cogi·Qui si verum dicant:stul=
ti reputandi sunt· quia(teste tullio de
padox·)soli sapienti conuenit: vt nihil
faciat inuitus:nihil dolens: nihil coa=
ctus·Unde stoici dixerunt ea sola vo=
luntatem desiderare/que ratōnabilia
sunt·Unde ⁊ in solo sapiente volunta
tem esse dixerūt· vt refert tullius in tu=
sculanis questionibus libro·iiij· Si er
go est in stultis libido incitata/aut cu=
piditas effrenata:nō volūtas ē rōalis
s3 appetit⁹ est brutalis· qr volūtas rōe
dirigit·⁊ appetit⁹ sensualitate decipit·

O vtinam qui mali sunt saltem boni
fieri cupiãt. Nam magna pars boni=
tatis est velle fieri bonuz. vt inquit se=
neca ad lucillum epistola. xxxiiij.
Si autem dicas hoc velle nõ posse: au
di tul. li. de fato. motus (inquit) volun
tarius eam naturaz cõtinet in se: vt sit
in nr̃a potestate/ nobisq3 pareat. Nam
omne honestum voluntarium est. non
enim honestum esse potest: qđ non est
liberꝝ inquit seneca ad lucil. ep̃la. lxvi
Sed ꝓh dolor plures nec bene agunt:
nec (qđ magis dolendum est) emenda
ri volunt. Verũtamen magna ꝑs pro
fectus/ est velle ꝑficere/ inquit seneca
ep̃la. ij. Nũquid ergo laudabile foret:
si que deo placent homo solum velit.
Vñ seneca ad lucillũ ep̃la. lxxiiij. place
at hoĩ quicquid deo placet. Sed mul=
tis hoc graue est. nec de facili possz eo
rum impietas reuocari. qꝛ (teste quin=
tili. li. iiij. de oratoria institutõne) nihil
facile ꝑsuadetur inuitis. Si quis etiã
aliquid inuitus agat: laudem nõ ꝑme
retur. Unde (narrãte vale. li. ij.) si q̃s
olim bona inuitus fundebat ꝑ repu.
maior laus dabatur exigenti q̃ ꝑstãti
Ex inuito enim ope laudem nullus re
portat. Nec tamen hi laude priuan=
tur: qui bonum qđ cupiunt: facere ne
queũt. Vnde ouidius de ponto. Spon
te sua ꝓbitas officiũq3 iuuat Si desint
vires: tamen est laudãda voluntas.
Rursus ⁊ inter eos qui bene agunt:
hi laudabiliores/ qui bona faciũt amo
re q̃ timore. qui etiaz mala ꝑtermittũt
caritate plus q̃ qui formidine. singulis
tamen (licet nõ equalis) laus dat̃. De
quibus oratius in ep̃lis. Oderũt pec=
care boni virtutis amore. Oderũt pec
care mali formidine pene. Qui mali
etiaz qñq3 mala dimittũt: eo q ip̃a fa=
cere non possunt. Vnde maximianus
Amplecti mũdum quorꝫdam vota la
borãt; Sed votis obstat verbere trita
caro. Nam nos a vitijs mũdamis sepe
retardat. Corpis anxietas/ dãna/ fla=
gella/ fames. De talibus enim faten=
dum apparet: q peccata non deserunt
sed potius a peccatis deserũtur. quia
si sponte desererẽt/ nulla mutatõne fa
cta quãtum ad labores ip̃oꝝ. eo pacto
mererẽtur quo demerẽtur. Discat er=
go sapiẽs virtutes acquirere quas na
tura petit. quibus etiam totus perfici
tur homo.

Cap. iii. quõ virtutes nõ querunt mercedem tem=poralem.

Irtus nõ ita ꝑficeret: si ex sua
conditõne seruilem hominem
redderet. aut si tempalis fru=
ctus mercedem dũtaxat cõquestaret.
Sunt igitur virtutes ꝓpter se diligen=
de: sic tamen vt ꝓpter aliud creatũ nõ
querãtur. sed ĩ creato bono soli referã
tur. Unde seneca libro primo de cle=
mentia. Ratõne factoꝝ id est operuz
virtuosorum/ verus fructus in ip̃is est
nec vllum precium virtutum dignum
illis/ extra ip̃as est. qđ de precio crea=
to accipiẽdũ est. Idez sene. iiij. de bñf.
reꝝ honestaꝝ ꝑciũ in ip̃is ẽ. Vñ plini⁹
in ep̃la ad catuliũ Magnitudo animi
nihil ad ostentatõnem/ sed omnia ad
diosissime laborare debent· Vñ nar=
rat Valerius li· viij· ca· vij· ꝙ cum de
mosthenes primā lrām artis rethor=
rice ꝓferre nō posset· oris sui vicium
tanto studio expugnauit· vt nullꝰ ex
pressiꝰ quod volebat ꝓferret· suamq₃
vocem gracilem nimis/ exercitatōne
ꝯtinua ad maturū ⁊ gratū auribus
sonum ꝑduxit· Attendat igitur le
ctor (vt in eodem li· ca· x· Valeriꝰ di=
cit) ꝙ eloquentie ornamenta in ꝓnū
ciatōne apta/ ⁊ ꝯueniente corpis mo
tu cōsistunt· Nec debet orator mag=
nas querere moras· qȝ (teste Sene· in
edippo) q̄d v̄ba queris/ veritas odit
moras· nō debet etiā in singulis ꝓpo
sitis insistere multū· alias enī quod
principaliter intendit ꝑtermitteret·
vnde Varro in suis sententijs· nusq̄
deueniet· qui q̄t videt sequit calles·
nec debet orator detrahere veritati·
nitibus/ aut verbis· Nam sepe veri
tas offendit ex modo narrandi· The
rēti· in phormio· nihil est tam bñ di=
ctū q̄n male narrando possit depra=
uari· et Tull· li· de ꝑada· nihil ē tam
incredibile· quod nō dicēdo fiat pro=
babile· nihil tam horridū/ atq₃ incul
tum· quod nō splendescat orōne· Sȝ
orator attendat· ne sua eloquētia sic
abutatur· debet enī plano vti s̄mone
quia (teste Quintil· li· primo) orator
debȝ vti publica forma· vsitatis enī
tutius vtimur nouaq₃ verba nō sine
ꝑiculo fingimus Rursus debet fore
breuis· quia (teste Tull· rethorica pri
ma) breuitas est· cū nullū nisi certuȝ
assumitur verbum· quod oratori fac=
re congruit· nec licet abuti ea re qua
ceteris bestijs preponimur scȝ eloquē
tia· Vñ Tull· in ꝓlogo rethorice pri=
me· Cū homines multis in rebꝰ sint
meliores bestijs· hac i re maxime vi=
dentur p̄esse bestijs ꝙ loqui possunt·
quare mihi quoddā p̄clarū videtur
adeptus· qui in ea re hominibꝰ ante
cellit/ qua in re homines bestijs p̄sūt
Si ergo eloquentia sit dos oratoꝝ·
erubescant si abutantur illa· scelera=
toꝝ adherentes impietati· quod for=
tassis plurimi faciunt· vnde Plautꝰ
in aulula· Da mihi aduocati gratiā
Et subdit· Vende vocē· vende linguā
Nec tñ quibusdaȝ eis sufficit vt suū
vendant eloquiū· sed etiā vendūt si=
lentiū· Vñ refert Helmādus li· ij· ꝙ
cū demosthenes Aristodiū auctoreȝ
fabulaꝝ interrogasset· q̄ntam merce
dem ꝓ suis fabulis accepisset· respō=
dit talentū accepi· Cui demosthenes
Plus (inquit) recepi vt tacereȝ· Vñ
cū demosthenes a senatu athenīesiū
in patrocinīū ⁊ aduocatū peteretur
ꝯtra Philippū regem macedonū· re
spondit se graui infirmitate detentū
Itaq₃ non solum eloquijs/ sed etiam
silentijs munera sibi vendicant· cau=
sasq₃ ꝯfessas etiam ꝓtegūt· De q̄bus

Quintil· ca·xij·qui vero ꝯfessū defendit·nō absolutōnem scelerū petit sed licentiam·Unde Ouidius li·de pōto Non ē ꝯfessi causa tuenda rei·scȝ peccantis·vnde Simachus li·epistolaꝝ ꝓ optimis viris si q̄s interuenit/non magis illoꝝ debet iuuare cōmodum q̄ꝫ suū cōmendare iudiciū·Cuius contrariū plurimi faciūt nō erubescēdo impiaꝝ causarum se fore defensores nuncupari·

Capitulū terciū de equitate iudicum·

Iudex equus debet esse sic·vt ad nullaȝ ꝑtiū se flectat·nulloqꝫ pacto ita misericors debet esse/aut ita indulgere vt equitatem offendat·Nam(teste Tull·ij·de offi·)iudicis est semꝑ in causis verū sequi·Et li·iij·Iudex bonus neqꝫ cōtra rempub· neqꝫ ꝯtra iusiurandum seu ꝯtra fidem faciet· etiam si iudex fuerit de ip̄o amico· sed tantū dabit amicitie vt amici causam malit esse veram q̄ꝫ optimam·nō tn̄ ꝙ falsā defendat·⁊ ꝓ moderanda lite tempus quod leges ꝑmittūt accomodare poterit·sed iudicet recte cū meminerit se deum testeȝ habere· que verba nil aliud sonāt nisi ꝙ iudex amicitie sic fauere non debet/vt equitatē pretermittat·nec debet prius affligere q̄ꝫ sententiare·vnde Tull·in orōne sua pridie q̄ꝫ iret in exiliū·Nemo tam facinorosa inuentus est vita·vt nō tn̄ iudicū prius sentētijs ꝯmitteret·q̄ꝫ supplicijs adijceretur·Itaqꝫ iudex repente penas infligere non debet· nec fauere muneribus· Unde Galtherus in alexandreid·primo·Si lis inciderit te iudice/dirige librā Iudicij nec flectat amor·nec munera palpēt·Nec moueat stabilem ꝑsone acceptō mentem·

Muneris arguitur accepti cēsor iniquus· Munus enim a norma recti distorquet acumē Iudicis · ⁊ terra inuoluit caligine mente· Cū semel intonuit vicioꝝ mater ī aula·Pestis auaricie/que sola īcarcerat omnes Uirtutū species·spreto moderamine iuris·Curritur in facinus·nec leges curia curat·Ligatur iustus·curat ⁊ iniustos absoluit curia mendax·Et idem Galtherus li·vij·Censor iniquus Auertit surdas a causa pauꝑis aures·Et fouet iniustam corruptus munere causam·vnde Petronius·Quid faciunt leges vbi sola pecuīa regnat·Aut vbi pauꝑtas vincere nulla potest ·Iam nūc iudiciū nihil ē nisi publica merces·Tutius est ꝓuo ere rem ꝑditā recuꝑare·q̄ꝫ ius ābigue ꝓbere liti·Uenalis populus·venalis curia primū· Ip̄aqꝫ maiestas auro corrupto latebit·Merito ergo ait Tull· li·primo de legibus·idip̄m quoqꝫ iustissimuȝ ē iustitie mercedē non querere· Aduertant ergo iudices·ne fauore munerū seducant sed equitate presideāt · Nā sicut colligitur ex codice theodosiano li·primo/Equitas est rerum ꝯuenientia·qua cūcta coequiꝑat·⁊ ī paribus causis paria iura desiderat·

Sȝ quid dicemus· quia(teste Quintil·li·primo de oratoria institutōne) naturale est iudicibus vt hijs q̄s libentius audiunt facilius etiā credāt Quō igitur iudex suam naturaȝ poterit deserere·quā si non deserat·quō eque iudicabit·Attendat iudex· vt a limitibus iuris nō recedat·vt prauā causam non defendat·si aūt veritati melius ꝑlate facilius credat·peccatuȝ non est·aut si amicoꝝ iustas causas sedulius fouet naturale est·Si auteȝ omnibus paribus causis eque bn̄ficia impendat·hoc ceteris melius ⁊ cōmēdabilius esset· Rursus caueat iudex iracūdiā·Vn̄ claudia· ne cūctos

paucoꝝ crimine damnes: qui fruitur
pena/ ferus est: legumq; videtur vin=
dictam p̄stare sibi cum viscera felle
caruerūt dis ꝓximius ille quez ratio
non ira mouet. Nam quatuoꝛ sunt a
bono iudice vitanda. scz ira munus/
timoꝛ/ ⁊ fauoꝛ. quoꝝ occasione vel iu
dicia subuertunt/ vel ad temp⁹ inde
bitum p̄termittūtur. ꝑiuria quoq; se
pius fiūt: ⁊ ꝓdictoꝝ occasione aggre
gātur. Vnde nota istos versus. Qua=
tuoꝛ ista timoꝛ/ odium/ dilectō/ cēsus
Se e solent hominū rectos ꝑuertere
sensus. Cōtra q̄ omnia loquens Oui
dius li. primo sine titulo ait. Non be
ne ꝓducti vendunt ꝑiuria testes. Nec
bene selecti iudicis arbca patet. Nō
obest tū̄ si iudex sit qn̄q; tardus/ q̄n=
tum leges ꝑmittūt. vt veritas clari⁹
innotescat. quia (teste eodem Ouidio
li. ij. vbi supra) culpa nec ex facili q̄ra
uis manifesta ꝓbatur.

Capitulum quartum de misericordia iudicis.

Ustitia sine misericordia iu
stitia nō est. sed crudelitatis
speciem gerit. vbi peccatoꝝ nō habe
tur species ꝯuersionis sed diffidētia.
Itaq; iustitia vera/ terminos habet
qui misericordiam subintrare ꝑmit=
tunt. Verū sub iustitie p̄textu iudices
qn̄q; exercēt suas crudelitates. nec se
timent casuros aut alijs īdigere pos
se. Vnde in ꝓuer. sapientū dicit. Bo=
na presidia compat misericordia. ab
alio enim expectes quod alteri fece=
ris. habz auxilia qui in secūdis idest
ꝓsperis cōmodat. Quintil. causa. v. i
aliena fame sui quisq; miseret. Nam
quilibet timere habet ne fames sibi
ꝯtingere possit. hominū enim est mi=
seros fieri posse. Sed igit hominē ab

negat/ qui alteri nō compatit. Vnde
Sene. in hercule. furentē quēcūq; vi
deris miserū hominē scias. Ideo Cas
siodo. epistola. xxxviij. ꝓcliuioꝛ semꝑ
ad misericordiam via bonis mētib⁹
patet. Lactan. li. de vero cultu. null⁹
opa indigere se putat: qui suam alte
ri denegat. qui ꝑituro succurrere po=
test/ ⁊ non succurrit: occidit. Vn̄ Oui=
dius de ponto. Regia (crede mihi)
res est succurrere lapsis. Animaduer
tāt igitur iudices: vt reos misericoꝛ
diter puniant. ne sint de numero eoꝝ
de quib⁹ Walthe. in alexandreid. de=
sperare solent alios i tꝑe duro. quod
multi faciūt/ desperatōnis occasionē
criminosis tribuentes. Attendāt eni
illud Tull. in orōe sua ꝓ quinto liga=
rio. nulla de virtutibus plurimis ad
ministrabilioꝛ/ nec gratioꝛ misericoꝛ
dia. Hoīes. n. ad deos nulla re ꝓpius
accedunt q̄ꝫ dando misericordiaz ho=
minibus. nihil habet fortuna melius
q̄ꝫ ut possis nec natura melius q̄ꝫ ut
velis seruare quamplurimos. Itaq;
bona natura nemi nocere petit. Sz
queres quid sit misericordia. Ad hoc
respōdit Tull. in tuscula. q̄stio. li. iiij.
Misericordia ē egritudo ex miseria
alterius iniuria laborantis. Itaq; il
le miseretur qui aliene cōpatit anxi=
etati. Vnde Quintil. causa. v. voluit
nos ille immortalitatis artifex deus
in cōmunem succurrere et ꝑ mutuas
auxilioꝝ vices quēq; in alteꝝ ꝯferre.
O igitur iudices clementiam vestris
iudicijs assistricez facite. his indul=
gere acquiescatis: quoꝝ conditō vr̄a
est: quibus etiam similes fieri pote=
stis. Si vos sublimauit fortuna: na=
turam queso ꝓpriam non negligatis
mementote vos cupere deū ꝓpicium
iudicem habere. Sed quo pacto me=
remini: si nulli miseremini. Attēdite
illud Ouidij de ponto. Parcendū est
animo miserabile vulnus habenti.

Queres fortassis/ cur iudices aliqui
indulgere ptēnunt· Miror inq̄/et nō
miror·miror: qꝛ legi nature obuiant
sed nō miror:quia sibiipis nō indul=
gent:seqꝫ peccatis onustos non atten
dūt/penarūqꝫ infernaliū flagella nō
redimūt·vnde Galthe·in alexādrei·
li·viij· nō veresimile est alieno pcere
cuiquā q̄ sibi nō pcit·Verūtamē vbi
sibi non pcunt: aliis adhuc misereri
tenentur·Juxta illud Sene· de mori
bus·alteri sp ignoscito:tibiipi nunq̄
qꝛ scꝫ vnusquisqꝫ se punire debet ꝓm
ea que cōmisit delicta·Vtinā igit hij
q̄ multos pcussisse gloriātur/multis
pepcisse letarent·quia(teste Sene·li·
de quatuor virtutibus)scito honesta
tum/ꝛ magnū esse vindicte genus ig
noscere·Ouidi⁹ li·de arte·Dextera p̄
cipue capit indulgētia mētes·Aspi=
tas/odiū/seuaqꝫ bella mouet·Et·iij·
de tristibus·q̄nto q̄s maior tāto pla=
cabilis ire Et faciles mot⁹ mens ge=
nerosa capit·Jdem·iij·sine titulo·Si
sapis/indulge domine vultusqꝫ seue=
rus Exue:nec rigidi ima tuere viri·
Ex hijs tn̄ arbitretur nullus ita mi=
sereri oportere:vt iustitia p̄termitta
tur·Vnde Sene·li·de clementia·Tā
omnib⁹ ignoscere q̄ nulli crudelitas
est·Modū tenere debemus·sed quia
difficilime tempamētum est: ideo q̄c
quid in ptem humaniorem prepōde
rat:magni animi prius est·iniurias
atqꝫ offēsiones despicere viri est·mu=
liebre aūt litigare ꝛ morez ire sue ge
rere·Ex quibus apte apparet q̄ cum
misericordia iustitia facienda est·po
tius tn̄ miserandum vbi iustitia non
ptradicit·Nam(ex puer·sapiētū col=
ligitur)optimum est semp ignoscere
tanquā si ipe quotidie pecces·Res(
inquit)magne clementie est indulgē
do peccata potius q̄ iudicando corri
gere·Et Orat·in li·sermonū·Equū ē
peccatis veniā poscēti reddere·Rur
sus et assit regula: peccatis q̄ penas
irroget equas·Jtaqꝫ sic indulgenduz
vt etiam corrigēdū·His aūt p̄cipue
indulgendū est/quibus adest sincera
veniam petendo humilitas·quā ha=
bere hij debent/indulgentiam obtine
re qui petūt·Exemplo Oui dij·ij·d tri
stibus dicētis·His precor exemplis
tua nūc fortissime cesar Fiat ab īge=
nio mollior ira meo·Jlla q̄dez iusta
ē·nec me meruisse negabo Sꝫ nisi pec
cassem:q̄d tu pcedere posses·Mate=
riam venie sors tibi nostra dedit·Si
quotiēs peccant homines sua fulmi=
na mittat Jupiter:exiguo tēpe iner=
mis erit·

Capitulū quintū de vir=tute temperantie haben=da·

Intempantia corpus exter=
minat/vicia pgregat/ homi=
nem desidē facit/ hominū in
tellectū depravat/sensuz ebetat/ꝛ to
tum hominez ignominia stultitie de
turpat·nec meret q̄s rōne dotat⁹ cen
seri:qui agenda moderamine libra=
to non tempat·Nā(teste Tull)tem=
perantia est in animo ptinens mode
ratō cupiditatū·Et idez Tull·retho=
rica prima·Tempantia est rōnis in
libidinem ꝛ in alios nō rectos impe
tus animi moderata ꝛ firma dn̄atō
Et idez in tuscu·questio·li·iiij·omnū
pturbatōnū fons est intempantia·q̄
est a recta rōne defectō·Ambro·aūt
dicit·q̄ tpantia est virtus que modū
ꝛ ordinem eoꝝ que dicenda vel agē=
da sunt ꝓuat· Hac igit virtute eget
sapiens omnis·eo q̄ sine ipa recte vi
uere non cōtingit·Vn̄ Sene·epistola
xxxiiij·Oīa dicta ꝛ facta tua inter se
cōgruant ac si respondeant·quia non
est animus rect⁹:cui⁹ acta discordāt·

quod in tꝑatis ꝯtingit·eo ꝙ immo=
derata oꝑa mutuo discrepant·si enī
qui sapientes sunt temꝑantie valorē
attenderent·eius regulas nunquā in
fringerēt·Vnde Aul·gelliꝰ li· primo
refert socratem tante temꝑantie exti
tisse·vt omnia temꝑa vite sue valide
obtinuit·qui socrates dicebat/ mul=
tos homines ꝓpterea velle viuere/vt
ederent ꝛ biberent·sed docet eos co=
medere ꝛ bibere/vt viuant·quia nec
potatōnes/nec comessatōnes/ nec co
pule feminarū/nec copia piscium vi
tam faciunt· sed moderata sobriaqꝫ
nutritō·multe enim ex deliciaꝝ epu=
lis molestie generantur·Vñ Gaufri
dus in poetria noua inquit· In om=
nibus vna est virtus ꝯuare modum
ꝛ habitū·Modus enim maxime est
ꝯuandus erga tres criminū insultus
scꝫ erga libidinem/cupiditatē/ꝛ irā/
Lactan·de vero cultu·Poete tres fu
rias esse dixerunt·que mentes homi=
nis exagitant·Nam ira vltōnem de
siderat·cupiditas opes/libido volup
tates·sed deus limites statuit/ quos
transcendere non licet·in remedium
ire data est iustitia·in remedium li=
bidinis ꝯiugium ꝑ sobole ꝓpaganda
in remediū cupiditatis data sūt ne=
cessaria nobis·Sapiens igitur mo=
deste viuat·ꝑ quā modestiā virtuosꝰ
effici poterit·Tull·rethorica prima·
Modestia est ꝑ quā pudor honestus
claram ꝛ stabilē comꝑat auctorita
tem eius qđ hr̄e instituit·Ideo Tul·
primo de offi· Non nimis ornāda ē
domus·non nimis corꝑalis forma·
sufficit enim vt fugiat inhumanā ne
gligentiam·In vestibus aūt medio=
critas optima est·Cauendū itaqꝫ est
ne in ingressu tarditatibus mollіori
bus vtamur·ne pompaꝝ ferculis si=
miles videamur·ne nimiam celerita
tem in festinatōne suscipiamus ·in ꝗ
bus est significatō incōstātie· Et iuo

dit·Sit vox loquētis dulcis/ꝛ nō cō=
tentōsa·nec languēs/neqꝫ canora·vi=
deatqꝫ in primis de quibus rebus lo
quatur si de seriosis seueritatē adhi=
beat·si de iocosis leporem·In omni=
bus itaqꝫ modestia seruanda est Vñ
Sene·de quatuor virtutibꝰ cardina=
libus de ꝯtinentia· Si ꝯtinentie stu=
des·habita/non amene·sed salubri=
ter·nec dñm velis esse notū a domo·
sed domū a dño·hoc magis obserua
ne qua pauꝑtas tibi immūda sit nec
parcimonia sordida/nec simplicitas
neglecta·nec lenitas languida· Si
aūt res exigue tibi sint·nō sint tñ an
gustie nec tua defleas aut aliena mi
reris·sermones vtiles magis ꝙ̄ face=
tos/et affabiles ama·rectos potius·
ꝙ̄ obsecūdantes·miscebis interdum
serijs iocos·sed temꝑatos/ac sine de
trimento dignitatis ac verecundie·
Nam reꝓhēsibilis est risus· si est im
modicus/si pueriliter effusus si mu=
liebriter fractus·odibilem quoqꝫ fa=
cit hominē risus·si suꝑbus/ꝛ elatus
si malignus/ꝛ furtiuus/ si malis ali
enis euocatꝰ Et subdit· Sit vox sine
clamore·incessus sine tumultu·quies
sine desidia·ꝛ dum ab alijs luditur·
tu aliquid sancti/honestiqꝫ tracta· nō
sis arrogans non audax·admone li=
benter·reꝓhende patiēter·dicēti esto
tacitus auditor·requirenti facile re=
sponde·ꝯtendenti facile cede·hec ille
Claudia·in maiori· Non tibi qđ li=
ceat·sed qđ fecisse decebit· Occurrat
mentemqꝫ domet respectus honesti·
Hec oīa vanitatū amatores si cōspi
cerent· ebrietatibus ꝛ castrimargijs
non vacarent·sed legibus ritis vitā
suā moderarent·Apuleius li·de deo
socratis·Solet apud prudentes vi=
ros esse ī oꝑibus elaboratis iudica=
tio·In rebus aūt subitaneis venia ꝑ
lixior·nulla(inquit)res potest eadē
esse festinata ꝛ examinata· Nec est

quisq/ qui simul habere possit laudē
diligentie: et grām celeritatis. Itaq
cum moderamine omnia sunt faciē-
da. Nam quicquid bene fit: satis ci-
to fit. vt dicebat Augustus cesar. nar-
rante suetonio li. de. xij. cesaribus. Et
in puer. sapientū dicit. q mora omnis
odio est/ sed facit sapientiam. Vnde
Socrates. Velox consilium sequitur peni
tentia. maximeq consilio contraria sūt fe
stinatio et ira. Et Varro in suis sen-
ten. Impitie signum est/ exigere diffi
cilimū fieri cito. Que oia designant/
cū moderamine et maturitate singu-
la esse pagenda. Vñ Gaufridus in po
etria. Si quis habet fundare domū:
nō currat ad actū Impetuosa manus
intrinseca linea cordis pmeditet opus
seriēq sub ordine certo. Interior pre
scribit hō: totūq figurat. Que verba
nil aliud sonāt/ nisi q sicut artifex sa
piens mature precogitat quid sit fa-
cturus: sic in moribus moderate pce
dendum est. Ouidius in epl'is. Ha ni
mium pperas. et adductua messis in
herba est. Et Tibullus. Quid frauda-
re iuuat vitem crescentibus vuis. Et
modo nata mala vellere poma ma-
nu. Vñ Petronius. Nolo qd cupio sta
tim tenere. nec victoria mihi placet
parata. quia (teste Claudia.) Sepius
incaute nocuit victoria turbe. Ab
sit tñ vt hij tempatos se credāt/ in q-
bus vita tempantie negligentia est.
quia et si nocet festinatio nimia/ et im
moderata: minime etiam pdesse cre-
ditur pigra et somnolenta opatio. se-
pius tñ pigri maturi credunt. huma
naq iudicia in hoc fallūtur. Nā oīs
virtus in medio consistit vt alibi dedu
ctum est. Ille ergo tempatus existit
qui nec festinatōne seducitur: nec tor
pore seu desidia detinetur. Vnde Lu
canus li. primo. Semp nocuit differ-
re paratis. Et in puer. sapientuz. Et
iam celeritas in desiderio norma est

Plinius ad corneliuz tacitū. est gra
tior multis actō breuis Et Simachus
in epistolis: In re apta piget esse p-
lixum. In arduis aūt causis et rebus
multum. Itaq vera tempantia me-
dium in agendis tenere debet. Vale-
rius li. iiij. ca. ij. Nihil tam preclaruz
aut tam magnificum est: qd non mo-
deratōne tempari desideret. Illa er-
go potentia tuta est: que viribus suis
modum imponit. Vnde Pytachus.
Moderatōne pectus suū instructum
habuit sic: q poetam alceum contra se
contumacissimū cum posset affligere nō
curauit. sed tantūmodo quid in oppri
mēdo posset admonuit. Vnde statius
in thebeidos li. x. Da spaciuz teneq
moram. male cūcta ministrat impe-
tus. Et idem li. xi. Hic miseris furor
est instare pido. qd faciunt intempa
ti. in agendisq subiti.

Capitulū sextum de modestia lingue.

Lingua iniqua pacē pturbat
vicinū scandalisat. secreta re
uelat. īfamiā pcurat. germi-
nat lites. incenditq iras. Ob h' p cete
ris mēbris tpamēto maxime īdiget.
Vñ Quintil. li. de causis. Nihil difficī
lius credo q silētij virtutē hre. Faciliter
enī smone pmptissimo delinqmus. sed
tacēdi constantiā ferre nō possumus. quā
obrē ī puer. sapiē. dr. Nemini cito ac
cusaueris/ vel laudaueris. nullū sn te
ste locū ee putaueris. qd tacitū ee vis
nulli dixeris. q nō poteris ab alio si
lētiū exigere: si tibi ipsi nō pstas. libē-
tius g audias: q loqris. nā tacere q ne
scit: loqui nescit. Hec tamen disso
lutio mundum occupat. ita vt iuue-
nes sicut senes: femine prout viri lo-
qui audeāt. nulloq verecundie freno
lingue trahitur habena. Capropter

Ambrosius·li·de officijs·Sicut in senibus grauitas/ et in iuuenibus alacritas: sic in adolescentibus verecundia velut quadã nature dote cõmendatur·hec in ipo corporis motu/gestu/ incessu tenenda est· Nam verecũdia est vba superflua reprimere vel respuere·sed hec verecundia abcessit·qua tñ nihil gratius est ad consiliandũ animos·vt inquit Quintil·li·viij·d oratoria institutõe·Heu heu quid dicã: quia senes quibus pre alijs loqui cõpetit: ea turpia enormia ꝓferre nõ audent/ꝙ absq3 metu verecundie vtriusq3 sexus iuuenes quasi effrontes ꝓferunt·Vtinam pudorem gererent ꝗ mediãte lingua temperatur·Sene· epistola·xi·ad Lucillum· Verecũdia in adolescente bonum est signũ·Et epistola·xxvij· Nutriendus est pudor ꝗ ꝙdiu i animo durauerit: aliquis bone spei locus erit·sed peccantium copiosa multitudo tollit pudorẽ·vt ait Tull·li·de beneficijs· Pudor(inqt) tollit multitudinem peccantiũ·et desinunt esse probra maledicta·Sed indubie negare non possum/ hui9 tpis linguas tam maleficas fore: vt quasi non nisi turpia placent: seriosaq3 ꝓferentes vel odio habentur vel silere mox artantur·nullumq3 hominũ genus enormibus assistere veretur/eloquijs etiam ptinuis·Et vtinam audire sufficeret et nõ ꝓferre·quorꝫ omniũ occasio defectus verecundie est·que si haberetur hmõi nephãda vitarẽtur quia(teste Valerio li·iiij·ca·v·)verecundia parens est omnis honesti cõsilij/tutela omniũ solẽniũ officiorũ· magistra innocencie·cara proximis· accepta alienis·omni loco/ omni tpe fauorabilem pre se ferens vultũ·Simachus in suo epl̃ari·Quorꝫ mẽs honesta est: imbecilla frons est· Sed effrontes inueniuntur: quorꝫ memoria ꝑtacta est·quibus silere si mos esset: honesta ꝯuersatio vigeret·que turpiloquio examinata est· Merito ergo Catho dicebat·Pauca in ꝯuiuio loquere·Et idem in metro·Virtutẽ primam puta compescere linguã·Proximus ille deo/qui scit rõne tacere· Et subdit·Int ꝯuiuias fac sis hmõe modest9·Alex·i epl̃a ad Aristotelẽ· Solet turrim equitatis custodire: et ptius omnia que gesta sunt loqui·qr scꝫ optima custodia est linguaꝫ scire refrenare·Vnde socrates· Sepultus apud te sit sermo/quem solus audieris·Vnde olim pythagoricorꝫ disciplina erat: discipulos tacere ꝑ qnquennium/ et postea eruditos loqui·vt refert Hieronimus sup ecclesiasticum· Idem cõmemorat guilermus de conchis i exordio sue phie/quã duci normanorꝫ ascripsit· Vnde Gaufridus in poetria·Nõ manus ad calamũ ꝑceps: non lingua sit ardens ad verbũ

Quorundaꝫ tamen silentia laude indigna sũt eorꝫ scꝫ qui loqui nesciũt aut qui tacent vbi loqui congrueret· Que eniꝫ gratia tibi: si taceas/ loqui cum nescias·Nam maius non est dixisse quod noueris·ꝙ siluisse qd nescieris·vt ponit Sidonius i epistolis li·v·Rursus nec laudandi sunt quorũ taciturnitas nocet·Expedit enim casibus congruis loqui· Ouidius·ij· de arte·Qui sermone placet nocitura silentia vitet·Qui canit/ arte canat· ꝗ bibit arte bibat·Exigua virtus ꝑstare silentia rebus·At contra grauis: est culpa tacenda loqui·Jtaq3 tacere quandoq3 loqui est·Sepe em̃ taciturnitas interroganti consensum innuit Tempet ergo sic quisq3 linguaꝫ/ et sit mutus: vt nec tacendo nec verbisando superflua annuere videatur·Ouidius li·ij· sine titulo·quis minor est vnquã ꝙ tacuisse labor·

Capituluꝫ septimum de vitando mendacio ⁊ periurio.

Mendaciū linguam reddit in=
famem· ⁊ ꝑiurium infidelita
tis crimen videtur· vt pluri=
mum tamen homines vt filij diabo=
li in vaniloquijs ⁊ mēdacijs glorian=
tur·nec curant quid dicant/solum vt
loquantur· De quibus Seneca ep̄la
lxxxvij· Jam q̄dem etiam vbi causa
sublata est/mentiūtur causa consue=
tudinis Verūtamen omne mēdaciū
fraus est·teste Hugone· Mendaciū
est falsa vocis significatio/cum volū
tate fallendi·Omne igitur mendaci=
um proditōnis specieꝫ obtinet·Vnde
redarguendi sunt q̄ vtilitatis aut vē
ditōnis causa mentiri non erubēscūt
Tull·primo ō offic·Illiberales ⁊ sor
didi sunt questꝰ mercēnarioꝝ omniū
quoꝝ oꝑa/non quoꝝ artes emuntur
qui dum mercant̄/nihil se ꝓficere pu
tant/nisi admodū mentiantur· Jdeꝫ
Tull·li·iij·Tollendum est ex rebꝰ cō=
trahēdis omne mendaciū· Simachꝰ
in suo ep̄lari·Minus est alienā sen=
tentiam spernere q̄ꝫ a ꝓpria discrepa
re·quod faciunt mēdaces/ qui aliud
dicunt/aliud sentiunt·verbisq̄ꝫ ꝓprijs
menti sue ꝯtradicunt· Attendāt igi
tur mendaces mendaciū sic peccatū
censeri·vt nō solū viciū sit apud ami
cum·sed etiā apud inimicū·Lactan·
li·de vero cultu·Vir iustus nō solum
homi amico ⁊ familiari·sed inimico
⁊ ignoto existiabit mētiri nō esse suū
nec aliq̄n ꝑmittet·vt lingua a suo se
su discordet·Huiꝰ aūt ratō est·(qꝛ vt
ꝓtactū fuit)om̄e mēdaciū viciū ē· qꝛ
sciēter ꝯmittit̄·alias mēdaciū nō est·
Si aūt iocose mētiaris/⁊ si peccatuꝫ
mortiferū non ē·saltē habitū ꝑparat
mortis·Absint ergo a quocūq̄ꝫ fideli

mēdacia·qꝛ princeps mēdacioꝝ dia
bolꝰ ē·cui subꝯuiūt eiꝰ filij mēdaces·
Inter quos potiori correctōne in=
digent qui sua mendacia iuramētis
affirmāt·Nā (teste Quintil·li·xviij)
Jurare nisi vbi necesse est graui viro
parū ꝯuenit·si tn̄ q̄s ita iuret· hesita
bit lector an iuramēto assistere tenea
tur·Cui dubietati sane r̄ndendū ap=
paret/iuram̄to absq̄ꝫ necessitate mi=
nime vtendū expedire·si tn̄ iuramen
tū interueniat·nō sp̄ ꝯgruit sibi obe=
dire·vtputa illicitū si fuerit·vn̄ Tul·
primo de offi·Est ius bellicū/ fidesq̄ꝫ
iurisiurādi·Et cū hoste sepe ꝯuanda
sꝫ nō sp̄·Qδ em̄ ita iuratū ē vt mens
fieri oportere ꝯcepit·id ꝯuandum est
Qδ aūt aliter/si nō feceris· nullū ꝑ=
iuriū ē·vt si ꝑdonibꝰ vł piratis pa
ctū ꝓ redimēdo capite/non tenueris·
Nulla (inq̄t) fraus ē etiā si iurauerīs
qδ nō feceris·Nā cū pirata sit cō=
munis omniū hostis·nec iuramētū /
nec sibi fides debet esse ꝯmunis· Idē
iij·de offi·Si ꝓmiseris te alicui datu
rū bn̄ficiū ⁊ postea scias esse malum
aut dab̄ aut nō· Si das sciēs peccas
si nō das etiam peccas· ꝓmisisti em̄·
Cui dubietati r̄ndet/q̄ꝫ sapiētes nun
quā penitēt/ō eo qδ ꝓmiserunt·vt di=
cūt stoici·h̄ tn̄ ꝟbū suꝑbū ē·Nō ē (in
quit) turpe mutare ꝯsiliū·Idē phili·
xij·Optimꝰ ē portꝰ penitēti mutatō ꝯsi=
lij·nihilominꝰ tn̄ ꝓmissa obediētia iu
stitie astare iuram̄tis vir q̄libꝫ bonꝰ
tenet̄·Vn̄ Alex· (narrāte Valer·) iu
ram̄ta sua violare noluit·Vn̄ cū iret
ad dissipandū ciuitatē/noīe lapsaꝝ·
obuiū habuit anaximenē ꝑceptorem
suū·Sciēs igit̄ Alex·q̄ꝫ ꝓ ciuitate inter
pellaret·iuram̄to ꝓuenit/dicēs se nō
facturū qδ petijsset·tunc anaximenes
postulauit/vt ꝑlibatā ciuitatē destru
eret·qδ audiēs Alex·ciuitatē sue pa
ci reliquit·Nūc aūt principes sua iu
ram̄ta sic n̄ obꝯuāt·nec solū frāgunt

ea que ex voluntate psonali fecerūt: sed etiam ea que ex iure regni vel dominij pdecessoꝝ more faciunt. Nimirum igitur si pditoꝝ aut infidelium fuitoꝝ comitiuā habent. suis em̄ piurijs talem pmerentur. Dicunt enī illud Ouidij. Amplector sanctas que dant bona semina fraudes. quia scꝫ prauas societates amplectantur. Sꝫ tandē fraus repellitur fraude. iuxta illud Ouidij li. iij. de arte. Judice me fraus est concessa repellere fraudem Armaqꝫ in armatos sumere iura sinunt. Rursꝰ lector attēdat ne mētiri presumat: etiā si vera fuerit mēs ipsius. quia non sistit mendaciū in eo qđ cogitat: aut i eo qđ significāt verba que pfert: sed tunc mentiris quando fallere intendis auditorem. Tunc aūt fallere tendis: qn̄ id scis nō fore verum: qđ credis auditorē ex verbis capere tuis. Verbis aūt Tull. primo de officijs. nō obstantibus: nullo pacto iurare habes: quod tenere nolis. Sꝫ caue qđ iurab. Male em̄ si iuraueris: vt si iuraueris male te viuiturum: male iurasti/ iuramentūqꝫ tenere non debes. iurādo tn̄ te obligasti ad faciendū quod non debes. Justitia aūt te obligat vt bene viuas ⁊ te iniustitia tua male viuiturū obligauit. Jtaqꝫ contradicentibꝰ obligatōnibus subiaces. quarū vna irritanda est/ nec obedire iure teneris. sꝫ ex ope tuo quantū in te est obligaris. q̄ obligatō friuola est. de iuramento tn̄/ et mala obligatōne penitere habes.

Capitulū octauū de regimine tēpato corpis.

Ex tempērie corpis fit homo sanus/ sapiens/ atqꝫ modestꝰ tam in sermone/ q̄ in affectu Jtaqꝫ redditur homo bonus/ ⁊ a dissolutōne vite fit immunis. Nam (teste Oratio li. sermonū) homo factus est ad vnguem quia scꝫ sub terminis precisis vita eius constituta est. ob hͦ viuat sub lege precisa: vt moribus cōpositus inueniatur. Nā magnū opꝰ est mores cōposuisse bonos. Sepius aūt vita fit imodesta temeritate supbie insurgente. Vnde Claudia. in maiori. Jnquinat egregios adiūctat superbia mores. Veteres autē non ita vixere. Nā supbie fastu derelicto: cōmessatōnumqꝫ ⁊ ebrietatum deglutōne spreta/ moderamine vitam duxerunt. Vnde Hiero. ꝯtra iouinia. allegat stoicum narrantem: qualiter sacerdotes egyptij mundi negocijs post positis in templo semꝑ deū coluerūt rerumqꝫ naturas studiosissime ꝯtemplati sunt. nunquā mulieribus se miscuerunt. nunquā cognatos ⁊ ꝓpinq̄s seu liberos viderūt: ex eo tempe quo diuino cultui se mancipaurunt: carnibus ⁊ vino se semꝑ abstinuerūt ꝓpter castitatem. ⁊ pane raro vescebantur ne onerarent stomachum. oleum tn̄ i pulmentis nouerāt: ⁊ hoc parū ꝓpter nauseam. cubile eis erat đ folijs palmarum contextum. Utinam em̄ temporibus huius viri sapientes precipue sacerdotes vitam suam pariter moderarent. tunc perirent excessꝰ aut saltem minuerentur: quibus humana vita maculatur. Vnde Lucanus libro. ij. Jnnata creatōis secta fuit tenere modum. quia ab exordio rebus singulis vite moderamine indictum est. Vnde philosophi veteres humanam vitam tripartitam distinxerunt vt refert Fulgentius libro. ij. mithologiarū. Prima vitā dixerunt ꝯtemplatiuā. ⁊ illā applicauerūt minerue/

que grece immortalis virgo dicitur·
quia sapientia est immortalis·Ipsa
autē minerua dea sapientie athenis
vocabatur·In cuius memoriaʒ vete=
res sapientes nocteʒ elegerūt·eo ꝙ sa
pientia in tenebris maxime lucet scʒ
in anxietatibus occurrentibus·Rur
sus aliam vitā dixerūt actiuam quā
attribuerūt iunoni· que quasi a iuuā
do dicta est·que iuno regnis p̄esse di=
citur·cū sceptro depingit·⁊ diuitiarū
credit mater·in cuius memoriaʒ pa=
uonem acceperunt·que diuitijs cōpa
tur·eo ꝙ posteriora nudat ⁊ anterio
ra ornet·sic diuitie ad tempus vitaʒ
ornant·sed postrema hominis nuda
deserunt·Rursus terciā vitā volup
tariam dixerunt·quā veneri ascripse
runt·eo ꝙ dea voluptatis creditur ⁊
alio nomine dicta afrodis quasi spu
ma ·fertur enim nata ex virilibus sa
turni proiectis in mari· Hanc veteres
nudam depinxerunt·eo ꝙ suos ama
tores denudare solet·In cuiꝰ memo=
riam rosas acceperūt·quia sicut rosa
delectat ⁊ cito marcessit·sic libido·
Aliqui tñ in eius memoriā colūbas
depinxerunt·cū sint in coitu feruide·
alij vero concham marinā eo ꝙ libi=
dini tota immixta ē·hec Hiero· Au=
distis ergo triplicē vitā philosophos
descripsisse·quarum prima sapientū est
⁊ temperatissima ·Secūda vero est in
mundo viuentiū·in qua modestia cō
petens potest obseruari· Tercia aūt
vita que voluptuosa dicit· ipa ē quā
manuducūt vanitatis amatores/ebri
etatem sectantes/omnēqꝫ vite regulā
respuentes·in qua vita fama perditur
diuitie ꝯsumūtur·corpus corrūpitur
vita breuiatur·visus minuitur·sene=
ctus celeratur·sensꝰ dissoluūtur· stu=
dium precipitatur·⁊ fere innumerabili
um virorum genera huius vite occasio=
ne aggregantur·Hec enim vita solū
de corpore curat/⁊ tñ curando ipm ex=
terminat · O ꝙ̄ laudabilis cura fedū
nutrire corpus· ⁊ saccū stercorum tāta
munire custodia·Sene·epistola ·xiiij
Multis seruit·qui corpi seruit·qui pro
eo nimiū timet/q̄ ad illud omnia re
fert·quasi dicat ꝙ magna seruitus est
regere corpus·Expedit tñ sic ipm re=
gere·vt vite honestati nō derogetur·
quod intemperati non faciunt· Vñ idē
Seneca vbi supra subdit· Sic gerere
nos debemus·tanꝙ̄ non possumus si
ne corpore scʒ in vita p̄nti·Et subdit·
Agatur cura eius diligentissime·ita
tñ vt cū exigeret ratio vel fides/etiā
in ignem mittendū sit· Ideʒ epistola
xxiij·Corpusculū rem necessariā ma=
gis crede ꝙ̄ magnaʒ·nihil(inquit)sine
illo fieri potest·Itaqꝫ nutriendum est
corpus/non ad voluptatē·sed ad ne=
cessitatē·eo ꝙ corpus non est domus
voluptatis anime·sed potius cōmo=
datum hospitium·Idē epistola·xvij
vis aduersus hoc corpꝰ liber esse·tan
quā migraturus illud inhabita·Ex=
pedit igitur corpus temperate regere·
ne sua intemperies scelera germinet
Si enim impetus primos refrenare
non possis·saltem occurrenti rōni ac
quiescas·Sapiēs est tñ qui peccato=
rū exordijs obstat·Sene·epistola·lx=
xxv·Facilius vitiorum initia prohibere ꝙ̄
in cepta regere· Sed diceret aliqs
quia si corpus domari potest· animꝰ
tñ videtur superari non posse· quō igit
quis temperate viuet·Cicero· Nulla(in=
quit)est tanta vis corporis·que frangi
nō possit·Animum aūt vincere/ aut
iracundiaʒ prohibere nemo potest ·qui
enim hoc fecerit·non summis viris/
sed deo similimꝰ est · Que verba in=
nuere videntur animum temperari nō
posse·Hoc tamē non ita credas · nec
ex verbis predictis intelliges impos
sibilitatem/ sed difficultatem· quia scʒ
animi passiones difficulter reprimū
tur ab eo signāter cuiꝰ vita dissoluta

⁊ intemꝑata est· omnes tamen animi motus sedula corporis castigatõne discretoq; consilio reprimi possunt· sic saltem vt ad peccatũ mortale nõ ducant·

Capitulũ nonũ de prudentia acquirenda

Prudentia dirigit hominez in cunctis agendis· et quasi virtutũ dicit oculus· prouidũq; hominem reddit/quo ad ea sine quibus nullos prosperos terminos vite attingere potest· hec enim prudẽtia nõ solum pñtia/sed etiam pterita ⁊ futura concernit· Vñ Terenti⁹ in adelphis· Istuc est sapere/non modo quod ante pedes situm est videre/ sed etiã illa q̃ futura sũt prospicere· Vñ Hieronimus ꝯtra Rufinũ narrat pythagozam dixisse duo tempa maxime ꝓspicienda fore· Intuenda enim sũt illa que acturi sumus/⁊ que gessimus· quia scꝫ prudens pterita debet meditari/ vt eoꝝ exemplo deliberare q̃at imposterũ que sit facturus/⁊ quo fine opus futuruꝫ terminare valebit· Boetius· ij· de consola· Non quod ante oculos situm est sufficit intueri/ scꝫ rerum exitus prudẽtia metit· Quintilian· li· vij· instituit· Prudentis est vt sui opis principium intelligat/ et cur id bonum sit/sciat· non vtiq; pniciosũ est vires fiducia ꝑueniri· quia scꝫ stultitia est sic in viribus ꝓprijs cõfidere/ vt nõ meditetur quid possit accidere· Vnde Gaufridus in poetria· Gressum ꝓcurrant oculi preconsule mentem· Et vires metire tuas· si fortis es/aude grãdia· si fragilis/humeris impone minora qꝫ scꝫ vnusquisq; prudẽs op⁹ debet assumere iuxta q̃ntitatẽ viriũ q̃ suppetũt ei· si tñ virtus debilis fuerit/ spe atq; fiducia debet animari· Nã sepe fragiles spei gratia viriles fiũt· Et ideo subdit Gaufridus vbi supra· Si posse sit artum/ dilates animum· si corpus sit debile mẽs sit fortis/⁊ exiguas supplere memento· scꝫ ꝑ spẽ grandem vires suppleri debent· hoc enim agere magna ars/atq; prudentia est· Unde Ouid· primo d̃ arte· Arte scite naues remis diriguntur· In omnibus enim ars et prudentia ꝓdest· Sed plures prudentie stultitiam preponũt· nec attẽdũt id nocere posse quod sepius dicũt· q̃s redarguit Ouidius primo de ponto· Tu modo fac timeas ⁊ que tibi leta videntur/ Dum loqueris fieri tristia posse puta· Nam (teste Virgilio primo eneidos) Res animos incognita turbat· Prudentes igitur studeãt precognoscere quid sint facturi· Rursus prudens fieri cupiens/veteres cõspiciat dies/⁊ antiquoꝝ exempla suis oculis preponat· ꝑut faciendũ instruit Sene· vij· de naturalib⁹ q̃stio· Hec enim via prudentie summa est/ veterũ exemplis doceri/ ꝓprijsq; periculis corrigi non oportere· quod minime faciũt seculi sapientes quoꝝ sapiẽtia stultitia ẽ· pferũt eniꝫ virtutib⁹ mutiles diuitias· cum tñ diuitie virtutib⁹ suire habeant· Vnde Sene· epistola lxxxi· ad Luciliũ Seruiant deteriora melioribus· scꝫ virtutibus fortuita· q̃ nil habet magnificum/ nisi quia illa mirari ꝯsueuimus· s· n· diuitie ex se bone essent/ suũ pficerẽt possessorem· sicut virtutes hominem reddunt virtuosuꝫ· sed pculdubio diuitie/⁊ opes sepius prauis assũt/q̃ virtuosis· Vñ Sene· epistola· lxxxvij· Illud (inquit) quod contẽptissimo/ atq; pessimo cõtingere potest ex se bonum non est· huiusmodi autem sunt opes· lenonibus eniꝫ ꝯtingit sepe· diuitijs ob hoc eni nõ ẽ ꝑmtendẽdũ· Nã (teste Tull·

l ·de pado)ea non sunt optima ext͛
māda q̄ naufragio aut incēdio amit
ti possunt ·sed virtus precium grāde
ē·qꝛ nec eripi/nec subripi potest /neq̧
incendio/aut naufragio amittit·Ja=
ceat ergo vtilitatis species/et valeat
honestas·vt inquit Tulli9·iij·de offi·
Absit ergo vt prudens animū figat
in hijs transituris/ que non sunt nisi
forinseca ornamenta· hominemq̧ in
terius non pficiūt ·Vn̄ Apuleius li·
de deo socratis·Nō eque diuites spe
ctare solemus vt equos quos merca
mur neq̧ enim in equis emēdis pha
laras psideramus·sed ipm equū nu=
dum ꝛ solū vt sit ad speciē honestus
ad cursum leuis· ad vecturam vali=
dus·ſʒ hominū stulticia hec est·illos
prudētes virtuososq̧ putare q̄b9 arri
det fortuna·Vn̄ Sene·ad Lucil·quē
admodū stultus est·qui equū emptu
rus n̄ ipm inspicit sed stratū ei9 ꝛ fre
na·sic insipiens est qui hominē ex ve
ste aut fortuna extimat·Et idem Se
ne·epistola·lxxvi·loquens de diuiti=
bus ait·Cum psente populo elati in
cesserūt·nemo tn̄ eoꝝ quos diuitie ex
tollūt magnus est·quasi diceret ꝙ so
le virtutes a prudētibus magne exi=
stimantur·Et ideo epistola·lxxxi·in=
quit·Abstrahamꝰ a rectitudine diui
tias/honores ꝛ· que opinione nostra
cara sunt·tūc enī vilia pcio fient·

Capitulū decimū de pro uidētia circa fortuita·

Ir puidus psiderare debet p̄
sentia/pterita/ꝛ futura·ꝛ bo
nis psētis nō abuti·Nam ex
pteritis homo docet cauere futura/ꝛ
regulare pn̄tia·Stulti aūt ista nō cō
siderant· ſʒ d̄ pn̄tib9 solū sollicitātur
Ideo i pcessu tpis cōmuniter deficiūt
Vir aūt prudēs q̄ reb9 bn̄ vtit tempe
oportuno nō indigebit·prudens ergo
intueat q̄d sibi ptingere p̄t·ꝛ casibus
puideat fortuitis·Tull·li· i· de offi·
illud magni ingenij ē cogitatōne pci
pe ꝛ ante psiderare q̄d euenire possit
ꝛ quid agendū sit cū euenerit· Sene·
epistola·iiij·Aduersus omnia que ac
cidere possūt·te adhortare ꝛ indura·
Et subdit·Noli huic trāquillitati cō
fidere momento eniʒ mare pcutitur·
Lamentandū igitur est·qꝛ rerū pos=
sessores abutūtur eis· tpeq̧ necessita
tis sibi succurrere nequeūt eo ꝙ pui=
di non sunt·Alij vero puidi fieri cre
dentes/que habent ita custodiunt/ ꝛ
parsimonisant·ꝙ vti eis etiaʒ vbi cō
gruit non audent·Jtaq̧ laborib9 as=
siduis·ꝛ forsan criminibus interueni
entibus plurimi opes aggregant· q̄=
bus minime psperant·Hoꝝ aūt nul
li puidi sunt·sed amboꝝ mentes stul
titia occupat·Vnus enim stolida di=
spensatōne·alius tenacissima bono=
rum detentōne insipiens cōprobatur
vnus peccat·quia se nunq̄ȝ egere for=
midat·alius deficit·eo ꝙ indigere sic
timet/ꝙ nihil sibi sufficit· Orati9·li·
carm·Nō possidentē multa/vocabis
recte beatum·rectius enī occupat no
men beati/q̄ scit deoꝝ munerib9 sapi
enter vti·duramq̧ pauperiem pati·
Ideoq̧ beatior est qui scit pati angu
stiam q̄ȝ q̄ bonoꝝ amplā possidet co=
piam·nec etiā felix aut prudens esse
dicit·q̄ bonoꝝ pdigus dispensator in
uenit·Vn̄ Cicero·Bonoꝝ mobilium
facultas nō stat i copia extēdēda·ſʒ i
bn̄ vtendo illa· Et didimus ad alex
andrū·Beatus eniʒ rerū cōditor va=
rias species formauit in mūdo·qua=
rum vsū humano arbitrio pmisit di
scernēdū·Nā hoīeʒ de9 pstituit prin=
cipem reꝝ·vt eis prouide ꝛ prudēter
vtatur·ꝛ licet omnia bona sint· sepi=
us tamen nocent homini bona· non
ex se/ sed ex humano abusu·

Vñ Ouidius·ij·de tristib⁹·Nil pdest quod nō ledere posset· Idem ꝛ Prosper in epigrā·Et bona q̄ prauis nature dono suscipiūt· Augēt peccati pondera·cuncta bonis psunt·q̄s ꝛ mors ipa beatos efficit·vt sumant pmia· Et Maximianus·Non res in vicio sed malefacta cadūt· Que verba nil aliud sonant·nisi q̄ puide rebus est vtendum·alias i rebus peccat homo que tñ in se bone sūt· Animaduertat igitur prudens quid tempus exigit·Nam(teste socrate)neli⁹ est cauere q̄ pauere·Et in puer·sapientuꝫ dicitur·q̄ bonum est in alieno mala fugienda aspicere·nec debet rspici solum fortuna psens·licet psperа· Vñ Terentius in phormione· Dū maxime hominū psperе sūt res/tūc maxime eum meditari oportet quo pacto aduersus erumnā ferat·Quod improuidi non faciūt·ideo pcutiēte eos fortuna desperant·quoniā futura nō pcogitant·Vnde Sene·ad Lucil· epistola·lxxxvi·Precogitati mali mollis est ictus·sed stultis ꝛ fortune credentibus omnis videtur noua reruꝫ facies iopina·magnaq̄ ps est apud impitos·mali nouitas·Ideo sapiēs assuescit se malis futuris·vt que alteri diu patiendo fiūt leuia/huic leuia fiant diu cogitando·Quot enī hmōi imprudos vidi·Jaculus enim imminentibus fere insensati fiebant·sed prospera manente fortuna/tanto applauso titillabant/vt tota eorꝫ facies gaudio mirabili/sꝫ inconsulto dedita esset·Si ergo puidus es·pcogita te cadere posse·ꝛ si casus euenerit tibi·ne putes inopinatum tibi accidisse·Catho·Cum fueris felix/que sunt aduersa caueto·Prospice que veniūt/hos casus esse ferendos·Nam leui⁹ ledit quicq̄d puidimus ante·Quod tibi suspectū est confestim discite quid sit· Namq̄ solēt primo que sūt neglecta nocere·Trāquillis rebus que sūt aduersa caueto·Rebus i aduersis melius sperare memento· Ex quibus apparet fortune aspe amicos sibi debere puidere pmeditando casus possibiles eis· vt leuius ledant quoꝝ pmeditatio alieno expimento optime pcitatur·Tibullus· Felix quicūq̄ dolore alterius didicit posse cauere suū Et Ouidi⁹·iij·d arte·Discite ab aliis vestris mederi querelis·quia(vt ideꝫ li·de remediis) Que nimis apparet retia vitat auis·Sed forsan cōgruit/ vt excogitemus causam sapientie hominū huius seculi· plures enim puide non viuūt·quia tempus nō discernūt a tempe·nec agenda congruis distribuūt horis·Verūtamen(teste sapiente)omnia tēpus habent·omniq̄ negocio temp⁹ est·ꝛ magna ps prudentie est·tempis oportunitatem obseruare Vnde Ouidius de remediis· Temporibus aptis medicamina adhibita psunt·Et dato non apto tempe iure nocēt·Principiis obsta sero medicina paratur·Cum mala plongas conualere moras·Que verba nil aliud sonant·nisi q̄ puidus sui operis opportunitatē querit·tempeq̄ pgruo agere disponit·Vnde Catho·Tpib⁹ mores sapiens sine crimine mutat· Insipiēs esto cum tempus postulat/ aut res·Stultitiā simulare loco prudētia summa est·Itaq̄ omnia tempus habent·Ouidius de ponto·Leta q̄dem letus cecini/cano tristia tristis Conueniens opi tempus vtriq̄ suū· O vtinā hij saltē qui se doctos putāt puide viuerent·temporibusq̄ congruis singula distribuerent· Dices fortasse q̄ sapiens non es·tu ergo psiliū quere·vt si pprio sēsu te regere nescis·alieno saltem psilio te dirigi ne recuses Vñ Salustius in catilinario·priusq̄ incipias psulito/ac vbi psulueris mature facto op⁹ est· Tull·de senectute

Non viribus aut velocitate corporis res
magne gerūtur: sed ꝯsilio/auctorita=
te/ et sentētia. Nam ꝯsilio qui nō vti=
tur: nimirū si opis sui bonū finez nō
sortitur. Tull. philippica. xi. Maiorū
ꝯsilij ē: ꝓuidere ne quid triste accidat
sed animi est fortiter ferre si euenerit
Itaqꝫ laudabile est: et ꝯsilio ꝓuidere
tristia et patiēter ferre omnia. Nam
(teste Quintil. li. ij.) Plurimū in cō=
silijs valet auctoritas. Nam et opti=
mus et prudentissimus consul haberi
debet: cui de virtutibus/ atqꝫ honestis
credere omnes velint. Sz plurimi in
consulte viuūt. stultorūqꝫ ꝯsilia q̄ ita
dici non merentur querūt. Sapientū
enim ꝯsilia recusant. eo ꝙ ꝯsentire sa
pientibus nō intendūt. Nemo tamē
tam prudens ex ꝓprio sensu/ q̄n alie=
no egere possit. Sidonius in suo epi=
stolari li. iij. Plurimū laudes sic vi=
uentes/ ꝙ suis moribus applicāt/ q̄=
tiens aliquid negociaturi sunt/ consi
lia ꝑitorū. Catho. Cōsilium archanū
tacito ꝯmitte sodali. Vite consilium
dn̄i nec despice tui. Nullius sensum si
ꝓdest spreueris vnq̄. Gaufridus in po
etria. Si bene vis duci te ꝯmitte cer=
to duci. Nec tñ hij ꝯsilio vti videntur:
qui ꝓprie voluntati maxime innitū=
tur. Nec vota querūt aliorū: vt ꝯsenti
ant: aut vt se dirigāt: sed vt temptēt
aut vt prudentū morem habere vide
antur. De q̄bus Apulei. li. de deo so=
cra. q̄dam ꝑ angiportū reptātes/ con
silia nō ex suo corde: sz ex alienis vo=
cibus colligunt. et (vt ita dixerim) nō
animo/ sed auribus cogitāt. Itaqꝫ ani=
mū suū ꝯsilijs acceptandū non appli
cant. cū tñ Quintil. li. viij. dicat. No
uit quisqꝫ q̄d facturus sit/ non tantuz
ex p̄ceptis: q̄nimo ex sui natura expe
dit: vt ꝯsilium capiat formande actō
nis. Seneca. epistola. xxiij. Boni viri
auiditas tuta est: que se subdit ex bo=
na ꝯscientia/ et honestis ꝯsilijs. Pau=
ci enim sunt/ q̄ consilio se suaqꝫ regāt
ob hoc ꝙ more eorū q̄ ī fluminibus na=
tant non eunt: sed ferūtur. Sed turpe
est non ire sed ferri. et subito ī medio
turbine rerū stupere: et querere/ quō
huc veni. vt inquit Sene. epistola. xx
xvij. Prudētes ergo consilia querāt.
non precise vt audiant/ sed etiam vt
acquiescant. vt veniente ꝓsperitate /
leticia subita/ et incognita non sit. vt
etiam aduersis imminentibus terre=
ri non oporteat. Tull. primo de offi.
fortis animi/ et ꝯstantis est non ꝑtur=
bari in rebus asperis/ sed ꝯsilio vti et
rōne: nec a rōne discedere. Unde boni
ingenij est fortunam ꝑcipe: et ante cō
stituere q̄d euenire possit: et q̄d agen=
dum sit dum euenerit. Si q̄s eni hoc
fecerit ꝓsperitate non seducet: et asp̄i
tate non desꝑabitur. Ideo in puer. sa
pientū dicitur. ꝙ diu deliberandū ē:
q̄d statuendū est semel. nec tamē suf=
ficit ꝯsilium cape: nisi maturū fuerit
consilia enim leuia quandoqꝫ nō di=
rigūt: sed potius deuiant. Vñ socra=
tes. Velox ꝯsilium sequitur peniten=
tia. maximeqꝫ ꝯsilio contraria sūt fe=
stinatio et ira.

Capitulū vndecimuz de facili credulitate reꝓbāda.

Prudentis est/ vt de facili nō
credat. cum non petat matu
ritas leuitatem cōgruēs pru
dētibus. Petronius. Nunq̄ recte fa=
ciet qui cito credit. Nāqꝫ qui cito cre
dit: cito fertur inconsultus. Itaqꝫ sa
pienter non viuit. prudentis igit cre=
dulitas nec suspitōnis modū habe=
at/ sicut opinio: nec certitudinē mox
accipiat. sed more medio se gerat. qz
(teste Varrone in suis sententijs) fi=
des est media/ et opinionis/ et sciētie:

neutrū attingens· Prudēs igit̄ ꝺ facili non credat· etiam famosū quod audit ſi extiterit· Nam plurima ſūt famoſa que tamē ſunt mēdoſa· ideo Tull· in rethorica ſecūda· Facta/ nō famam ſpectari oportet· Et Tertuliānus in apologetico· fame nō credit/ niſi ſit inconſideratus ſapiens· qꝛ ſapiens nō credit incerto· ne forte illud os mendacis ſeminauerit· quod ſepe fit/ aut ingenio emulatōnis/ aut arbitrio ſuſpitōnis· aut aſſueta qbuſdā mētiendi voluptate· Vn̄ alexāder didimo· ⁊ Didimus alexandro ſcripſerunt· fame non fore credendū· Sene· in hypolito· ꝯtemne famā· Idē· iiij· ꝺ virtutibus· Prudētis ꝓprium eſt examinare ꝯſilia/ ⁊ nō cito facili credulitate ad falſa ꝓlabi· Sꝫ inquiram⁹· cur tam facilis eſt pluriū credulitas· multi enim facilime credūt/ etiam ſi falſum ſit quod fieri cupiūt· De qbus Sene· in hercule furente· Quod fieri miſeri volunt/ hoc facile credunt· hij enim laudandi non ſunt· quia eorum ſtultitia credulitatē gignit· Sed nec ſunt cōmendabiles qui nullis credere volunt· niſi videant ⁊ audiāt· Nā (teſte Seneca epiſtola ad Lucil· iij·) vtrūqꝫ vitium eſt/ ⁊ omnibus credere ⁊ nulli· Et Quintil· cauſa· xv· tacm⁹ eſt illud tantū credere· quod ē de rebus humanis· Ipſorūqꝫ auris ad crimina difficilis eſſe debet· vt in puerſapiētum docetur· Verūtamē bonis potius credēdum eſt· plurimi tn̄ poti⁹ malis ꝙ̄ bonis credunt· Vn̄ Ouidius li· iiij· de faſtis· Sꝫ nos in vicium credula turba ſumus· Ideo Catho· Nil temere crede· Vn̄ Proſper in epigram· Non pateant faciles ſeuis rumorib⁹ aures· Que neſcire iuuat credere non libeat· Nam certior aure arbiter eſt oculus· inquit Gaufri· in poetria· Sꝫ illud Ouidij de remedijs li· primo verificat· cum ſibi quiſqꝫ placet credula turba ſumus· Ideo idem Ouidius· iiij· de arte· Nō cito credideris qntum cito credere ledat· Exemplū nobiꝫ non leue ꝑcris erit· Et idem in epiſtolis· Tarda ſolet magnis reb⁹ meſſe fides· Quia ꝗ plurimoꝝ ſtultoꝝ credulitas leuis ē ideo plurima falſa ꝓ veris habent· errores gignūtur ⁊ ꝓ tenendis ꝓmulgantur· a qbus diſcedere facile nō ē· ſi credulitatem exhibueris· Sene· li· iiij· de bn̄fi· non eſt leuitas a cognito ⁊ damnato errore diſcedere· Nā ſupbe ſtultitie ꝑſeuerantia eſt dicere· qd ſemel dixi qualecunqꝫ ſit/ fixū ratūqꝫ ſit· tales enim ſuos verentur reuocare errores· non eſt tamen turpe cū re mutare ꝯſiliū· Sene· epiſtola prima Ceci ducem querūt· nos aūt ſine duce erramus· ⁊ ideo difficulter ad ſanitatem puenimus· quia nos egrotare neſcimus· nec enim omnia mala faciunt errores qui ex leui credulitate ſuſtinentur· Nec tn̄ dico aliquem hominē fore errare qui non poſſit· ſaltē qntum ex humana imꝑfectōne cōtingit· nec inde tn̄ laudandus· ſed illaudabilior eſt· Et (vt verū dicā) deteſtabilis ī errore qui ꝑſeuerat· Tul· phil· xij· Cuiuſlibet hominis eſt errare· nullius aūt niſi inſipientis perſeuerare in errore· poſteriores enim cogitatōnes (vt aiunt) ſolent eſſe ſapiētores· Idem Tul· li· de legibus Non eſt boni errare/ et diligere quod ꝑ ſe non eſt diligendū· Vtinam igit̄ erroribus nullus ſe implicet/ qbus prudētia offēditur/ ⁊ ꝑducitur· ad quā etiam obtinēdam homo ꝑ errores indiſponitur· quia (teſte Valerio li· ix· ca· ix· temeritati ꝓxim⁹ eſt error· quēadmodum ad ledendum parata cui facilius quis ignorauerit· quia no ſua ipōte· ſed vanis ꝯcitatus imaginib⁹ culpe ſe implicat· In hoc qdam etiā decipiūtur· quia erroꝝ vice veritati

credere putāt· Jtaqꝫ falſitas verita-
tis imagmem ſepius monſtrat· nun-
quid emm enunciatō veridica videt·
que iuramentis affirmatur· que nuti
bus / et ſigmis ſolidatur· q̄ teſtibus
firmatur· Hec enim oīa q̄ndoqꝫ fal-
ſitate ſuppetūt· Jtaqꝫ falſū ꝓ vero ſe
pius accipit· Nec de facili vnum ab
altero diſcernitur· qn̄ referēs mēdoſꝰ
non creditur· aut qn̄ auctoritate· ꝓfi-
catur· aut ſi coloribus veriſilibus ab
ipo ꝓlatū deducitur Quid igit pru
dens facturus erit· Aut falſo credet
quod nō libet· aut diſcredet / cum tn̄
diſcredendi color ſibi non aſſit· Re-
uera ſi prudēs fuerit· nō de facili cre
det / ſꝫ deliberatōe ꝑhabita / ſi diſcre-
dendi cauſa nō interuenerit· ſub q̄dā
temperie abſqꝫ temeritate falſo ſibi
non cognito ꝯſentire / aut ſaltem non
diſſētire poterit· Sapiētes aūt q̄ñqꝫ
errasse nullꝰ formidet· vbi ꝑcipue fal
ſitas veritatis ſpeciē detulit· Ouidiꝰ
li· primo de remedijs· Et mala ſūt vi
cina bonis· errore ſub ipo / Pro vitō
virtus crimina ſepe tulit· Et arator
li· ij· Repellitur error in diuerſa tra-
hens· cū ſpūs efficit vnū·

Capitulū duodecimum de ſtultitia fugienda·

Tultitia hominē beſtijs eq̄t·
⁊ ab angeloꝝ cetu elongat·
ſtultitia rurſus hominē titu-
bare cogit· ⁊ criminū pōdera nō ſen-
tire facit· Generat vaniloquiū· nutꝰ
incōpoſitos· ⁊ diſſolutos riſus· ⁊ oīa
maleficōꝝ genera de facili ſtulto cō-
tingunt· Vn̄ Lactantius libro de ve-
ra iuſtitia· Stultitia eſt in factis di-
ctiſqꝫ ꝑ ignorantiam boni atqꝫ recti
erratio· Tull· de ſenectu· Tanta ineſt
ſtultitia inconſtantia atqꝫ ꝑuerſitas
ꝙ omnes vt ſenectutē adipiſcantur·
exoptant· ⁊ eandē adepti accuſent·
scipio africano v̄go pulcherrima/ et no
bilis adducta fuit·quam licet natura
liter affectaret/ nihilominus diligētis
sime eam custodiuit·et cum captiua es
set/eam redemit/suoq̄ sponso qui non
dum eam cog ouerat/ virginem tradi
dit/ cuius nomen allicius·et p̄ dote nup
tiali munera grandia prebuit·Simile
eciam de alexandro legimus· Insuper
de octauiano legimus in policrato li·
iij·c·x·Quomodo virgo cleophatra ad
eum accessit/eiusq̄ oculos ratione pul
chritudinis sollicitauit· vertamen ei⁹
pulchritudo pudicitie non obfuit·Vn
de poeta·Vultus adest precib⁹ facies
q̄ intacta perorat· Ceterum vegetius
libro·iij·ca·iij·narrat/ Quomodo han
nibal vigilijs et abstinentijs/corp⁹ suū
macerabat per quam abstinentiam li
bido extinguebatur· Legimus insuper
abstinuisse cesarem iulium/prout nar
rat policratus·li·v·ca·vi·Et ideo eccl'
x·dicitur·Ve terre cuius rex puer est/et
cuius principes mane comedunt·Beata
autem terra cuius rex est nobilis/ et
cuius principes vescuntur in tempore
suo sc͡z ad reficiendum/et non ad luxu
riandum·Attendam⁹ quomodo amor
mulieris eneruauit potentiam samso
nis/infatuauit sapientiam salomonis
sanctimoniam dauid fedauit/p̄ vt ait
hieroni·epistola·xxxiiij·Et subdit·Nec
salomone sapientior/nec dauid sāctior
nec sampsone fortior/et tamen vtriq̄ a
muliere decepti sunt· Nullum enim
imperium durabile/nec principat⁹ sta
bilis/quando regnat in principe libi
do luxurie·Vnde policratus libro·vi·
c·xi·dicit·q̄ imperium romanū exhau
stum est nerone imperante·cuius gu
la omnia deuorauit·et maculauit/libi
do exhausit/auaritia/ et superbia cum
luxuria exinaniuit· Insuper egisippus
primo libro loquēs/de antonio ipi au
gusto dicebat·Ille(inquit) scilicet an
tonius non victus est virtutibus tuis/
sed magis est v·ctus moribus suis·Vi
cit enim eum cleopatra vxor/ cum qua
maluit vinci/q̄ sine ea vincere· Nun
quid eciam valerius narrat libro·ix·c
primo·Qualiter vrbs volsiniensiū erat
optime legibus regulata/sed per luxu
riam prolapsa est·et ideo ante conclu
dit·quid fedi⁹/quid damnosius est sci
licet luxuria/per quam virtus atteri
tur/victorie relanguescunt/et cepta glo
ria in infamiam conuertitur/ animiq̄
q̄ et corporis vires expugnantur adeo
vt nescias ab hostib⁹ ne/an ab illa ca
pi perniciosius habendum sit·

Capitulum decimum quintum de morib⁹ pri·cipum·

Principum maxime est mora
les esse/sicut dicit Augu⁹· de
ciui·di·li·ij·ca·xxi·Et narrat
versum ennij poetrie dicentis· Mori
bus antiquis res stat romana virisq̄·
Nam q̄diu romani morales fuerunt/
tam diu orbi prefuerunt·Vnde idē au
gu⁹·v·de ciui·ca·xij·v̄ba cathonis nar
rans dicit· Nolite(īquit) estimare ma
iores nostros armis rempub·augmē
tasse·Nam si ita esset/multo pulcher
rimam nos eam haberemus· Quippe
sociorum atq̄ ciuium/preterea armo
rum et equorum maior copia nobis q̄
illis est·Sed alia fuere que illos viros
magnos fecerunt/que nobis nulla sūt
domi industria/foris iustum imperiū
animus in consulendo liber/neq̄ libi
dini/neq̄ delicto obnoxius·pro his nos
habemus luxuriā/ atq̄ auariciā pub
lice/ egestatem priuatim/opulentiam
laudamus diuitias/sequimur merciā

inter bonos/ ⁊ malos discrimē nulluʒ
omnia virtutis premia ābitio possidet
Hec augu. Ex quib9 concluditur q̄ v̄
tutes morales rempub. manu tenue=
runt. atq̄ exemplū colligit/ q̄ vita spi=
ritualis in huiusmodi moribus consi=
stit atq̄ roboratur. Unde augu. li. pri=
mo. c. xxxij. loquēs de scipione ait q̄ n̄
censebat ille scʒ scipio rempub. esse fe=
licem stantibus menibus/ ruentib9 mo
ribus. Et eodeʒ li. c. ij. Romani (inq̄t)
ceciderunt non murorum casu/ sed mo
rum defectu. neq̄ ignibus eorum tecta
ardebant. sed corda cupiditatibus in=
ardescebant/ atq̄ presidendi potius q̄
corrigendi voluntas romanos contri=
uit. Et quia homo quasi ciuitas est; cu
ius value sunt sensus; ciuesq̄ vires sūt
anime/ quibus impat voluntas/ debʒ
ergo tāq̄ ciuitas morib9 ornari. Quia
sicut ait seneca epistola. xl. Mos ē mē
tis habitus/ ex quo singulorum operū
assiduitas manat. Item policratus li.
v. c. iij. dicit q̄ a virtutibus fiunt mo=
res/ ⁊ a moribus virtutes acquirunt.
Sed q2 multi vitia/ prauos mores nō
credunt pter assiduitatem/ vt ait sene
ca li. de vita beata. ideo absq̄ pudore
homines criminibus seruiunt/ virtutes
q̄ acquirere non curant. Et concludit
ibidem seneca/ q̄ aliter est agendū in
via morum/ ⁊ aliter pedum. q2 in mori
bus non est tuta via quam sepi9 mul
ti sequuntur/ sed in via pedum frequē
ter contrarium est. Et si mores congru
unt sapienti; maxime tamen principi.
Sed queso īquiramus vnde principū
corrumpuntur mores/ estimo enim q̄
fastus/ ⁊ supbia hoc faciunt. Nā si pn̄
ceps humilis existeret/ morib9 floreret
sed superbia tollit sensum/ corrumpit=
q̄ mores. Utinam attenderent princi=
pes verba darij loquentis alexandro.
vnde fertur in hystorijs alexandri/ qua
liter darius vulneratus; ⁊ in tecto po=
situs/ alexādro dicebat/ fili alexander

vt plenius tua sapientia nouit) totus
mundus in corruptione positus est. sic
enim diuina prouidētia a principio or
dinauit/ vt nihil esset constans/ tutum
vel firmum/ sed totum variationi sub
iectum. cum auteʒ quis ad tantū domi
nij ascendit culmē. vt nō iam hominē
sed deum se estimet. mox ad ima ruit
⁊ dum eius casuʒ se meruisse cognouit
⁊ deorum benignitatem inuocauerit/
ne laqueum desperatōnis incurrat/ sb
ito deorum misericordia subleuat. Et
subditur. Considera (inquit) fili quid
fui heri/ ⁊ quid sum hodie. Heri nam
q̄ rex regum ⁊ dominus dominantiuʒ
vocabar. ⁊ nunc absq̄ potestate lugeo
quia vna superstitione seduct9/ diis vo
lui assimilari. Consideranda est etiaʒ
ipsius nabuchodonosor hystoria/ q̄ cuʒ
eleuaretur/ corruit/ sensum perdidit/ ⁊
tanq̄ animal brutum cum feris vixit
Humiliatus tamen postmodum resti
tutus fuit. Ideo propheta dicebat/ quo
niam iniquitatem meaʒ ego cognosco
Absit ergo supbire propter bona que
in mundo sunt. in quibus nulla securi
tas est. Unde bernardus/ Nusq̄ (inq̄t)
est securitas/ neq̄ in celo/ neq̄ in terra
neq̄ in paradiso. Namq̄ d̄ celo cecidit
angelus de sede maiestatis. adam ce
cidit de paradiso voluptatis. ⁊ de mū=
do cecidit iudas de schola sanctitatis
Humiliemur ergo considerantes diei
finalis terrorem. Unde grego9. Tūc (in
quit) erit superius iudex iratus/ infe
rius chaos horrendum. a dextris pecca
ta accusantia. a sinistris īfinita demo
nia ad supplicia trahētia. Interi9 erit
conscientia vrens/ ⁊ exterius mundus
ardens. Quid igit̄ faciet peccator. Nā
latere impossibile erit/ ⁊ patere horri
bile. Ecce quāta hūilitatis occasio. De
quodam rege legimus in legendis san
ctorū/ q̄ cū vidisset duos xp̄i paupes d̄
curru dscēdit vt ipos honorarʒ. q̄d vides
fr̄ ei9 ipm īcrepauit dicēs/ q̄ n̄ decebat

regem sic humiliari coraz pauperibus
Quo audito: rex iussit suis preconib9/
vt ipsum citarent cum familia 7 libe=
ris. Quod videns ille qui regem repre
henderat: cum habitu humilitatis co=
ram rege accessit cum liberis: 7 fami=
lia. Quem cum vidisset rex ait. O (in=
quit) stulte preconem fratris timuisti
7 licet non peccaueris/ tamen te humi
liasti ad verbū preconis fratris tui vte
rini. Nunquid igitur potius precones
ihesu christi pauperes formidare/ 7 re
uereri debemus: cum de ipsis in euan
gelio dicat veritas/ q̄ vos honorat: me
honorat/ 7 qui vos spernit/ me spernit
Et iteruz quod vni ex minimis istis fe
ceritis/ mihi fecistis. Humilis ḡ mens
nostra existat/ nullum spernat/ sed fu=
turi iudicij terrorem concernat. Unde
hieroni. siue comedam/ siue bibam: sē
per illā vox resonare mihi videt̄ in au
ribus meis/ surgite mortui venite ī iu
dicium. Quia tamen 7 domini/ 7 prin=
cipes fastum 7 superbiam amant. ido
in auribus suis si resonaret vox sopho
nie prophete humiliarentur. Dicit em̄
sophonias. c. i. loquēdo in psona domi
ni. In illa inquit die visitabo sup pri
cipes 7 sup filios regū 7 sup omnes q̄
arroganter ingrediuntur super limen
7 compleuerunt domuz domini dei sui
iniquitate 7 dolo. Et sequitur. Disper=
ierunt omnes inuoluti argēto. 7 qui
dicunt in cordibus suis/ non faciet be=
ne dominus 7c. Et sequitur. Fortitudo
eorum in direptionem erit/ 7 dom9 eo
rum in desertū. 7 edificabūt domos: 7
non habitabunt in eis. plantabunt vi=
neas: 7 non bibent vina earum. Et se=
quitur. Conturbabo homies: 7 ambu
labunt vt ceci: quia dom ino peccauert̄
7 effundetur sanguis eorum sicut hu=
mus 7 corpora eorum sicut stercora. sz
7 argentū 7 auruz eorum non poterit
eos liberare in die ire domini. Utinaz
principes talibus verbis corrigerent:
moribusq̧ suis rempub. dirigerent. ex
emplo titi: de quo legitur. q̧ tam mo=
deste rempub. rexit. vt de sola clemen=
tia argui posset. Unde mores princip̄ū
pulcherrime suadet seneca d̄ quatuor
virtutibus. ca. iij. Impone (inquit) cō=
cupiscentie frenum: ede citra saturita
tem: bibe citra ebrietatem: obserua ne
in conuiuio/ aut in aliqua cōmunita=
te hos damnare videaris: quos imita
beris. nec delitijs tibi presentibus in=
herebis. nec absentes desiderabis. Et
sequitur. Odibilem quoq̧ hominez fa
cit risus superb9/ 7 elatus/ ac etiā ma=
lignus 7 furtiu9. Si igitur risus iocos
exigit: hos cum dignitate sapientie ge
re. Sit tuus incessus sine tumultu: 7 q̄
es sine desidia. adulationes euita. non
acerba: sed blāda verba timebis. esto
vitiorum tuorum fugax. aliorum vero
nō sis curiosus scrutator. docentiū esto
facilis auditor. requirenti facile respō
de. superiores recte viuendo non time
as. senior esto iuditio q̄ sermone. vita
q̄ vultu. clementior esto fame bone: ne
q̧ tue zizaniator: neq̧ aliene inuidus.
ad iram tardus. ad misericordiam pro
nus. in aduersis firm9. i prosperis cau
tus: que nosti: sine arrogantia postulā
ti cōmunica. 7 que nescis: sine occulta
tione ignorantie tibi postula impertiri.
Hec enim omnia licet non eodem ordi
ne documenta sunt senece vbi supra.
Quibus modestia 7 mor̄ honestas sua
detur. que principibus maxime ptine
re dmōstrat. Nam ysidor9. ix. ethimo.
c. iij. dicit. q̧ rex dicitur a regendo. nec
est rex: qui non regit. In principibus
igitur non ambitio: sed de subditis cu
ra esse debet. Unde grego9. xi. moraliū
Principes vocantur: qui malis cogi=
tationibus principant̄. Et ibidez. xxvi
Illi enim principes sunt: qui elatiōis
gloriam declinant/ qui liuores miti=
gant. fures extinguunt. qui temptatio
nib9 n̄ psentiūt/ sz regēdo pesse nouert̄.

Unde orati⁹ in carmie lirico sicut nar rat augu⁹·v·de ciui·c·xiij·dicens· Latius regnes: auidū armando spiritum Et claudianus alloquendo theodosiū dicebat·Licet (inquit) late dominieris si tamē praua cupis: si duceris ira: ser uitij iugum patieris· Si autem tollis ꝛ leges interius feras: tunc omnia iu ra tenebis·Insup devalerio imperato re octuagenario legim⁹· ꝙ cum adhuc virgo esset: ꝛ sue felicitatis premia re coli audiret ait·Devna tantummodo victoria glorior·Et īquisitus que fuis set illa·respondit·Quia (inquit) inimi corum domum: scilicet carnem meam domaui ꝛ superaui·Hoc enim narrat valerius in quodam suo paruo tracta tu·Illi ergo reges sunt: q̄ se regere no uerunt·Unde grego·moralium·iiij·Il li (inquit) regnant: qui corpora sua re= gere sciunt: qui desideria tempant/ et cogitationes legibus regulant·Et ido ve terre: cuius rex est puer: ecclesiastes xi·Nunc tamen principes seipos rege re non curant: ꝛ regna regere se iactāt ꝛ qui suos inimicos se vincere dicunt: modica temptatōne vincuntur·Unde seneca epl'a·xcvi·Multi inquit hostez vincunt/ sed vincūtur cupiditate ·ꝛ cū agere videantur/ ipi tamen aguntur· Idē epl'a·c·de alexandro loquens ita dicebat·O inquit victor/ tot regum/ at ꝗ pplorum/ ira atꝗ tristitia succubuit: ꝛ omnia preter se in sua potestate ha= bebat·Sibi tamen imparemaximum imperium est·Idem epl'a·xxxviij· Si vis omnia tibi subijcere/ subijce te ra= tioni·multos enim reges: si te rexerit ratio·Ab ipa enim disces quid ꝛ quē admodum aggredi debeas·Idem epi stola·cxvi·Animus inquit noster mo= do est rex: modo tyrannus·Nam rex ē cum honesta petit/ atꝗ corporis salutē querit·sed tunc tyrānisat/ quando tur= pia iubet/ ꝛ iura contemnit· Unde au gustinus·iiij·de ciui·c·iij· concludit· ꝙ qui peccat/ eciam si regnet/ seruus est Nec vnius hominis/ sed qđ est graui⁹ tot dominorum quot vitiorum· Nam melior est/ qui dominaꝫ animo suo ex pugnatione vrbium vt scribitur pro= uer·xvi·De bono igitur rege dici po= test illud prouer·xx·Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum in= tuitu suo·

Capitulum decimum sextū de liberalitate pri= cipum·

T dicitur prouerbio·xix· Di= uitie erogate/ addunt pluri= mos amicos·Et policratus li bro·iij·c·xiiij·narrat·Qualiter titus ra tione liberalitatis factus fuit amabilꝭ atꝗ sui patris auaritiam tanta libera litate curauit/ vt tota eius complacen= tia i largiēdo foret·ꝛ tāto aīo munera dare affectabat ꝙ vltra posse dona pro mittebat·Et cum redargueretur/ dice= bat·Nemo inquit a facie principis de bet recedere tristis·Unde cum quodaz die nihil contulisset: dicebat· O amici mei diem hunc perdidi· Nullū enim vitium deterius auaritia signanter in principibus: vt ait tul·i·de offi·c·xxiij· Nempe largitas facit principes famo sos ꝛ claros·vt ponit ibidē tul·c·xviij Et boetius primo de conso·c·v·dicit·ꝙ claros: largitas facit·Moraliter ergo auferenda est auaritia đ cordibus: vt celestis glorie claritudinez mereamur Nam sicut liberalitas in seculo reddit homines famosos/ sic largitio in chri= sti nomie facta facit rapere celos·Re probande sunt tamen plurium princi pum largitōnes stulte·Unde seneca li bro primo de benefi·c·xi·Respiciende sunt facultates quas p̄stamus·atꝗ p= sone quib⁹ dam⁹·Et repbat largitatez

alexandri qui dedit vrbē cuidā elemo
sinam petēti/ ⁊ cum ille diceret: q sibi
talis elemosina n̄ conueniebat· alexāder
rn̄dit· nō curo (inqt) qd te accipere de
ceat: sed quid me dare congruat· Hec
vox (inquit seneca) regia videtur/ ⁊ a
nimosa: sed est stultissima· quia decet
considerare quid/cui/quando ⁊ quare
largimur· Item seneca ibidē de nimia
cupiditate redarguit antigonuz· cui cū
quidam peteret talentum/ respondit·
q plus petebat q̄ decebat habere· Il=
le igitur videns se repulsum: petijt de=
narium· cui antigonus· Non decet (in
quit) regem tā modicā rem dare· Ita=
q per cauillationem nihil se daturuz
conclusit· Si igitur alexandri reprehē
ditur indigesta liberalitas: potius an
tigoni detestanda est cupiditas· Nem
pe tullius prio d offi· c· xvij· dicit· q lar
gitas debet exerceri cum intentione or
dinata non ad iactantiaz/ ⁊ pompam
sed ad profectum suscipiendum· Nam
fatuam largitōnem sequuntur rapine
itaqz non sua/ sed aliena distribuunt·
Vnde ambro· libro· i· de officijs· Non
est (inquit) largitas/ si quid largiaris
vni ⁊ alteri extorqueas· Et subditur·
Perfecta largitas est: necessitatibus
singulorum occulte subuenire: vt libe
ralem laudet os pauperis/ ⁊ non labia
propria· Nesciat sinistra tua quid fa=
ciat dextera tua· Math· vi· Et tul· i· d
offi· c· xiiij· Ea iquit libertate vtamur
que psit amicis/ noceat nemini· nihil
enim liberale est qd nō est iustum· In
super seneca li· i· de clementia· ca· xiij·
Non est inquit liberalis/ qui de alieno
est liberalis· Ceterum non sufficit de
suo dare proprio/ sed optet hilariter ⁊
libere dare· Vnde seneca primo de be=
nefi· c· vi· Beneficium aspere datum:
vocat panem lapidosuz/ quem esuriē
ti capere est necessarium: tamen acer=
bum· Valerius li· v· c· i· narrat de lega
tis carthaginensium: qui cum venisset
romam ad redimēdum suos captiuos
senat⁹ protin⁹ ab his nulla pecunia ac
cepta/ reddidit iuuenes numero duum
millium: ⁊ septingentoruz quadragin
ta trium: expletissimos rerum· Vnde
tantum hostium exercitum dimissum
tantam pecuniaz contemptam tot pu=
nicis iniurijs veniam datam/ ipsos le=
gatos obstupuisse arbitrandum est ac
secum dixisse/ o munificentiam gentis
romane/ deorum benignitati equandā
O etiam nostram legatōnem supra vo
ta felicem· Nam quod beneficium nū
q̄ dedissemus accepimus· Vide per li
beralitatem romani famam atqz do=
minia sibi conquestar̄t· sic pariter pau
peribus christi bona erogantes/ celorz
regnum sibi acquirunt· Itaqz liberali
tas decens est in principe maxime· ni=
hilqz turpius in ipso q̄ auaritia· Vn=
de innocentius papa sic dicebat· Quid
inquit prosunt tibi o frater diuitie: qd
glorie/ quid letitie· cum non liberēt ho
minem a morte: non defendunt a ver=
me/ non eripiunt a febre· Ecce qui iā
gloriosus sedebat in aula: modo iacet
despectus in tumba· ⁊ qui vescebatur
delitijs in cenaculo/ modo consumitur
a vermibus in sepulchro· Et subditur
Timeant igit̄ diuites illud Iaco· A=
gite nunc diuites penitentiam/ plorate
vlulantes in miserijs/ que aduenient
vobis cum dicetur: diuitie vestre putre
facte sunt/ ⁊ vestimenta vestra a tineis
comesta sunt· Aurum ⁊ argentum ve
strum vastauit erugo· ⁊ in nouissimis
dieb⁹ thesaurisatis vobis iram domi
ni· ⁊ in luxurijs enutritis corda vestra
pauperes igitur christi/ fame perierunt
quos non subueniendo occidistis· ⁊ ec
ce sanguis eorum clamat ante deum d
terra/ ⁊ dicit/ vindica domine sangui=
nem nostrum· Hec innocentius· Nec
tamē pena cōminata ab auaritia ani
mum debz reuocare/ qnimo ɜm dicta
men rōnis honor debz pferri vtilitati·

Unde valerius li·vi·c·iiij·narrat·qua
liter dario iam uno/⁊ altero prelio vir
tutem alexandri experto/atq; ideo ei ꝑ
tem regni thaurotenus montē /⁊ filiā
in matrimonium cum decies centūmi
libus talentorū pollicente:cū parme=
nio alexandro dixisset:se /si alexander
esset/vsurum ea conditione·cui alexā
der respōdit·⁊ ego vterer/si parmenio
essem·Ex qua hystoria colligitur/ꝙ a
lexander potius honorem ꝙ̄ cupidita=
tem amabat·Nempe auaritia in prin
cipe signāter pessima est·Ideo aposto
lus dicebat/nec auaritia nominetur in
vobis/que est idolorum seruitꝰ·Et ec
clesiastes·xv·dicitur·ꝙ diuitie congre=
gate in malum domini sui pereunt·in
afflictōne pessima·Ideo catho·Dilige
denarium/sed parce dilige formam ·q̄z
scꝫ pecunia non ad cupiditatem/sꝫ ad
necessitatem acquirenda est·

Capitulū decimū septimum de patiētia principum·

Patientia ⁊ si omnes/principē
tamen maxime decet· exēplo
aplī·ij·cor·iiij·In oībus(in=
quit) tribulationem patimur sed non
angustiamur·aperiamur:sed non de=
stituimur·ꝑsecutionem patimur/sꝫ nō
derelinquimur·Fratres igitur confor=
tamini ī domino:⁊ ī potentia virtutis
eius·scribitur ad ephe·vi·Attēdamꝰ
enī quanta fuit in antiquis animi pa
tientia atq; constantia·Narrat enī po
licratus de cesare augusto li·iij· c·xiiij
ꝙ mire patiētie fuit·Unde dicebat: ꝙ
vir habere debet in auribus diligentiā
in lingua taciturnitatem: ⁊ in animo
quietem·Nec enim didici a iuuentute
mea·Unde grego·xx·moral·dicit·ꝙ pn
ceps refrenare debet impatientiā ex
consideratione paritatis sue/cum illis
quibus preest·Unde seneca li·primo d
clementia dicit·ꝙ principes cauere de
bēt impatientiā:que deformat homi
nem exteriorē:⁊ confundit interiorē
Quapropter idem seneca de ira li·i·Ni
hil(inquit)eque ꝓfuit iratis/sicut in=
tueri suam deformitatē·Nam ira fa
ciem turbat:ora pulcherrima defedat
toruos vultus ex tranquillissimis red=
dit·omnisq; decor relinquit iratos·Et
ideo dixit sixtus/ꝙ iratis ꝓfuit aspe=
xisse speculum·vt imago repcussa ostē
dat homini suā deformitatē· quoniā
ira viri iustitiā nō opatur·Jaco·i· De
cet igitur in tribulationibus cōstanter
ꝑmanere:vt sit fortitudo/⁊ decor indu
mentum eius·atq; verificetur illud ec
cle·xlvi·Usq; in senectam ꝑmansit il=
li virtus·Etenim li·de vita cesaris le
gitur/ꝙ cesar patientissimus fuit/atq;
de sibi dictis iniuriis vindictā nō egit
sed dissimulauit·atq; cum suos aduer
sarios subiectos haberet/sepius pep
cit·Nam vir nobilis audiens īprope=
ria:debet cogitare eorū stultitiā:seu ig
norātiā·vt ponit sene·li·iij·de ira· vbi
narrat·ꝙ cum chimargies hystoriarū
scriptor/quedam contra cesarem scrip
sisset:monuit cesar vt sermone modera
tiori vteretur·qđ facere rēnuebat· nec
tamen cesar se vindicauit·sed solū do=
mum suam sibi interdixit·Et ideo cō=
cludit seneca·non qui offendit/fecit qđ
voluit:tanꝙ̄ inimicus·sed qui prudēs
erat/aliene stultitie remisit· Insuper
seneca de mira patiētia antigoni nar
rat ibidē·qui cū multa īproperia au=
diret:dicebat·ꝙ militem decebat nō so
lū certare baculo:sꝫ etiā animo Uiri
liter ergo agite ⁊ confortetur cor vrm
omnes q̄ speratis in dño·Juxta ꝓphe
tam;Quid enī ꝓdest ira suū animum
affligere?qui enim sapiēs est;pati di
scit/nec de leui mouetur·

Capitulum decimum octauum de legibus.

Ine legibus poli ia regula=
ri nescit. Unde romani suis
legibus suam policiam subli
mauerunt. vt ponit policratus li. vi. c.
xij. Et tul. in sua prima rethorica li. i.
ait. quod omnes leges ad cōmodum reip.
referende sunt. et sicut medicina corpo
ri prodest: sic reipub. leges. Insup am
brosius in suo exameron omel. v. dicit
quod reipub. est vsus esse cōmunes: atque
obseruari deuotiōe cōmuni: quasi plu
res partes reuereri: quorum consilio
respub. gubernetur. Nec tamen leges
sunt: quibus mala imperantur. quoniā
lex est recti preceptō: prauique depulsio
vt ait tul. li. de natura deorū. Vel lex
est ius scriptum: asserens honestum: pro
hibens contrariū: vt ait gratian9. Nā
lex est interpres equitatis: rerumque di
uinarum et humanarū compos: vt ait
crisippus. Propter veteres legibus po
licias regularūt sicut solon et ligurgus
Sed crescentibus vitijs: leges perierūt
vt ait seneca epl'a. xciiij. Unde aug9. i.
de ci. c. xvi. Et A. gel. li. ij. c. xi. narrat quod
apud athenienses leges solonis in asse
ribus ligneis incise erant: vt sempiter
ne manerent. Nam leges sunt sicut ca
pistrum vel frenum equo: vt ait criso=
sto. sup ioban. omelia. xxxvi. Nunc ta
men vnusquisque voluntatem pro lege ca
pit. Abusio tamen maxima est: si plus
sine lege: qui licz legem se habere pfi=
teatur: diuinam tamen censuram non
imitatur. quia (teste augu. iiij. de ciui. dei
c. vi. Omnis lex est inanis: nisi ipi9 cē=
sura diuine legis imaginē gerat. Qua
propter diuina sapiētia prouer. viij. ait.
Per me inquit reges regnant: et legū
conditores iusta decernunt. Fidelium
ergo ciuitas lege diuina reguletur. quia
tunc ciuitas est dei: quando rex est ve
ritas: lex est caritas: et modus est eter=
nitas. inquit augu9. epistola. v. Sed ci
uitas tunc est dyaboli: quando rex est
mendacitas: lex est impietas: et mod9
est instabilitas. Huius enim ciuitatis
ciues sunt impij homines. qui lege di
uina relicta: vtilitatem propriam eq=
tati preferunt. Sed lex diuina licet sit
vna omnibus: tamen sufficit quod multi
plex est in fructu: et virtute. Unde Job
xi. Multiplex lex eius. Ipsam tamen
plures non sufficere putant: aut ipsius
obseruantiam spernunt. sicut atheniē=
ses qui cuz equissima iura sed iniquis
sima ingenia haberent: maluerūt suis
moribus quam legibus vti/ vt ait vale. li.
v. c. iij. Tales enim sunt sicut tele ara=
nearum/ que animalia infirmiora de=
tinēt/ sed validiora abire permittunt. quia
tales condunt leges quas iubent obser
uari. sed ipi obseruare nolunt/ pro vt ait
valerius li. vij. c. iij. Quia eorum leges
solum pauperes opprimunt: et diuites
in suis malitijs non puniunt. Juxta il
lud prouer. xvij. Qui iustificat impiū et
condemnat iustum: abhominabilis est
vterque apud deum. Legibus igitur ip
sius christi regulemur/ in presenti vi=
ta dum viuimus.

Capitulum decimum nonum de consilio principum.

Rinceps absque consilio ple=
bem faciliter dissipabit. Nul
la enim policia absque consilio
prosperari potest. Unde tul. i. de offi. c.
xxvij. Modica (inquit) sūt arma foris
nisi consiliū iteri9 fuerit. et ibidē ꝯclu
dit/ quod ciuitati atheniensiū pl9 profuit cō
siliuz solonis quam victoria themistoclis.

Insup seneca li·de tranquillitate ani mi circa principium dicit· q̄ ille solus reipub·non prodest: q̄ de pace tantūmo do/ vel de bello curat·sed qui iuuentu tem exhortatur: atq̄ bonis p̄ceptis vir tutē instituit/atq̄ ruentes ad pecuniā seu luxuriam retrahit·Et tul· de sene ctute·Consules comparat illis qui re gūt nauē·Sana igitur ꝛ matura imi tanda sunt consilia: que in senibus re periuntur vt frequenter·Vnde robo= am dereliquit consilium senum/ ꝛ iu= uenum adhesit consilio ꝛ ideo regnuȝ amisit·vt dicitur·iij·regum·xij·Nam in antiquis est sapientia·vt dicitur Job xi·Narrat enim vale·li·vi·c·ij·de mar co castritio· q̄ cū carboni sibi minanti ꝛ dicenti multos se habere gladios·re spondit·ꝛ ego annos·Quasi dicat·ido te non timeo·Insup aug·ep̄la·xxxviij ad dioscoꝝ narrat de demosthene p̄bo q̄liter habitu simplex erat·accidit tam̄ vt rogaretur quaten⁹ vellet canere cū lira: sicut olim facere mos erat·qui re cusauit dicens: se nescire· Cui mulier quedam ait·quid igitur nosti·respon= dit·Rem(inquit)publicā noui ex p̄= ua facere magnam·Non igitur leuia sed matura q̄renda sunt consilia·Quo niam(teste tul·prime rethorice·c·xxiij Prudentis ē bene cōsiliari·Et cōmen tator dicit·q̄ bona consiliatio est habi tus coniecturatiuus scd̄m ratiocinati nem opabilium·Et bonus consiliator dicitur ille: cui talis habitus inest: cu= iusmodi est homo iustus: ꝛ sapiēs· vn̄ vi·ethicorum dicitur·q̄ homo natura liter est consiliatiuus·nō tamen quicū q̄ homo: sed qui sapiens est: ille consu lere nouit·A sapiente igitur perquire consilium·vt dicitur thobie·iiij· ꝛ non ab insipientibus·vt dicitur eccle· viij· Cum fatuis consiliuȝ non habeas ·vt dicitur ibidem·Vnde puer·xxiij·Astu tus omnia agit cum consilio·Et sene= ca in tractatu de virtutibus sic ait·Si prudens esse cupis: futurā p̄spice·ꝛ q̄ possunt cōtingere: animo intende· Ni hil tibi subitum sit: sed totum ante p̄= spicias·qui enim prudens est: non di= cit/non putaui hoc fieri·Non enim du bitat: sed expectat·n̄ suspicat̄ ȝ cauet·

Capitulum vicesimuȝ de militibus·

Militibus eo pacto virtutes cō petunt/quo milites interpre= tari volunt·Miles enim vir est: quasi ex mille electus·Sed qualis electio erit: nisi virtutibus floreat ipse qui tot homines p̄cellit·Militib⁹ igi= tur virtutēs competunt corpis ꝛ men= tis·vt corp⁹ in bello valeat: ꝛ mens bo na prudentia dirigatur·Et quāq̄ om nem virtutem habere militeȝ decor es set quasdam tamen sibi p̄congruere le gimus·Decet enim militem forte stren nuum/ac p̄mptum ad licitos/ꝛ hone= stos labores·Juxta illud quintiliani cā·vi·Labori(inquit)optet insistere: vbi effectus p̄mittitur·q̄ naturalis ē fauor p̄ laborantibus vt inquit idem quintil·li·iiij·de oratoria institutione· Vnde seneca ad lucil·Generosos ani mos labor nutrit·nec est viri timere su doreȝ·Nam mollicies est fugere labo riosa: vt inquit aristo·iij·ethicoꝝ·Eru bescant ergo milites temporis huius: in quibus non strennuitas/sed mollicies est: ꝛ loco galee/pileum castorium ac cipiunt·p̄ lancea/baculum sceptro si= milem·p̄ armis/vestes rubricatas/et politas: ꝛ omnem militie laborem/plu rimi ad voluptatem trāstulerunt· Ve rūtamen(teste virgilio in georgicis li· primo·)Labor oīa vincit· Et matheo in thobia·Est carnis cultura labor: ca ro nuda labore·Fit sterilis spinis/ob sita messis inops·Vereantur igit̄ mili

tes ociosi: ad labores tardi. Nam teste
vale. libro. viij. ca. viij. Ocium īdustrie
maxime videtur contrariū. Itaqꝫ mi
lites exercitio frequenter debent habi
litari/ vt laboribus subesse non ita ti=
meāt. Nam (teste gaufrido in poetria
Ars tritos: vsus ꝓmptos/ imitatio red
dit. Artifices aptos/ tria concurrētia.
summos. Et ouidius. iiij. tristi. Ingeni
umqꝫ meum longa rubigine lesū. Tor
pet: ⁊ est multo ꝙ̄ fuit ante mīn⁹. Fer
tilis assiduo si non renouetur aratro.
Nil nisi cum spinis gramen habebit
ager. Contulit ingenium patientia lō
ga malorum. Que verba innuunt: exer
citio indigere volentem fieri virtuosū
eum ꝑcipue: cuius vocatio militia est
Vnde magister serlo. Discere ne cesses
aderunt post semina messes. Post la
chrimas risus: post exilium paradisus
Fle si solari ieiuna si satiari. Da si di
tari/ serui si vis dominari. Vnde tulli
us ī tusculanis questionibus li. primo
Grecorum (inquit) prouerbiū est quā
quisqꝫ nouit artem: in hac se exerceat.
Erubescant igitur nobiles/ pigri/ ⁊ pu
sillanimes/ quibus mos non prelia sꝫ
edia sequi. non irruunt contra hostes
sed proximis emulantur. Castra vi nō
capiunt/ sed feminas/ ⁊ puellas viola
re non metuunt. vitam non exponunt
pro reipub. defensione/ sed potius bre
uiant dies ex gulosa cōmessatione/ nō
petunt naues vt transeant flumina:
sed nauium vice odorifera poscunt bal
nea. non se vento exhibent aut pruine
sed vmbram domiciliorum sectantur.
His etenim modis exercitium militie
pretermittunt.

Capitulum vicesimum primum de fidelitate militum.

Militantibus congruit vt sint
fideles. In hoc enim militia
fundata est: vt nulla fraude
vituperetur. Vnde in puer. sapientū di
citur. ꝙ etiam hosti congruit tenere fi=
dem. Qui enim fidem perdidit: nihil po
test vltra perdere. Et quintil. causa. viij.
Non habet (inquit) causam loquēdi/
cui credi non potest: aut cui ablata est
omnium verborum fides/ omnisqꝫ ser
monis auctoritas. Abscedāt igitur hij
qui se dicunt nobiles: ⁊ tamen fraudi
bus ⁊ infidelitatibus sua prelia exer=
cent. quod ꝓmittunt: minime tenent. Ve
rūtamen tul. primo de offi. Fundamē=
tum primum iustitie/ est fides. Et se=
neca ad lucil. epla. lxxxviij. Fides ē sā
ctissimum humani pectoris bonū: nul
la necessitate ad fallendū cogitur. nul
lo premio corrūpitur. Vnde refert va
le. li. iiij. c. viij. ꝙ cum fabius captiuos
ab hannibale interposita pactione nū
morum recepisset: ⁊ illi a senatu non p̄
starentur: misso in vrbem filio/ fundū
quem vnicū possidebat: vendidit: ei⁹
qꝫ precium hannibali ꝓtinus numera
rauit. Vñ vale. li. viij. Bone fidei vē
ditorem nec cōmodorū spem augere
nec incōmodorum cognitionem obscu=
rare oportet. Et li. ix. c. i. Occultum ⁊ insi
diosum malum est ꝑfidia: cuius effica
cissime vires sunt mentiri/ ⁊ fallere. Fru
ctus in aliquo cōmisso scelere consistit
nefariisqꝫ vinculis circumdat. ⁊ tm̄ in
cōmodi affert humano generi ꝙ̄tum sa=
lutis bona fides p̄stat. Nihilominus (
teste salustio ī iugurthino) Paucis ca
rior fides ꝙ̄ pecunia. Omnes etenim fi
deles esse honestum est: illos tamen p̄
cipue quorū status militaris/ quorūqꝫ

vocatio est remp. defensare. Nempe
tales si fidelitate careant: nimirum si
eorum hostes fidelitatem eis nō tene
ant. Itaq̧ fidei pditio/ vtramq̧ ptem
pugnantium fugabit. vnam vi: aliam
pditōne. & sic absq̧ fidelitate nlla fiet
defensa. sed vndiq̧ gignet offensa. Au
diui etenim sepius quoddam gen⁹ ho
minum fidelitate carere. Mirum est
igitur cur oppositi milites fidelitatem
in eis expectant. Infinitis nempe pdi
tionibus fraudati sunt ab eis: in qui=
bus confidere non cessant. Vnde tulli⁹
in rethorica prima. Sūma inquit cle=
mentia est in eoruz fide spem habere.
quorū pfidia totiens decept⁹ sis. Heu
heu miserum nusq̄ tuta fides. inq̄t vir
gilius. iiij. eneidos. Et lucanus. Nulla
fides regnat i socijs. & sbdit. Nllis cre
dite. Et ouidius li. de pōto. Et cum for
tuna/ statq̧ caditq̧ fides. Quia scz mlt
ti extra manus hostium positi: pmissa
obseruare contemnunt. Nihilominus
nulla grauior infamia/ nullum peius
infortunium: q̄ infidelitatis habere no
men. Nec sapiens miles tantum odit
hostes fideles/ q̄tum cōmilitones infi
deles. Vñ oui. i. de arte amandi. Red
dite depositum/ pietas sua federa ser=
uet. Et lucanus li. viij. Ardua quippe
fides/ robustos exigit annos. Tanq̄ di
ceret: q robustus animus fidelis est. sz
fragilitatis/ & nimie iuuētutis est frā
gere fidem. De qua arator li. ij. Hec ē
vera fides/ quaz lex cōitatur amoris.
Medijsq̧ tenebris apparet radiata fi
des. Fit linea iustis ex precō q̄d terror
agit. Mēsuraq̧ virtus crescit in aduer
sis: Que verba nil aliud sonant: nisi q
nulla ex cā frangenda est fides. Sed fi
delitas in aduersitate pbatur: & crescit
Et sicut milites fideliter obseruare de
bent q̄d pmittunt ita attēdere debent
ne a captiuis aliq̄d vi petāt: q̄d infide
litatis occasionem exhibere possit. At
tendant eciam ne mala occasione quo

usq̧ inuadant. Nam genus infidelita
tis est non solum a pmisso recedere: sz
eciam friuole alijs insidiari: aut proxi
mos prelijs emulari. Hesito enim. an
titulo prauo pugnantes in hostibus fi
delitatem repire mereantur/ aut vtruz
pmissa obseruare teneantur. Sic eniz
hesito vt quia quicquid arbitrer fide=
litatem semp bonam esse/ atq̧ lauda=
bilem quicquid non vitiosum pmitti
tur iure tenetur. Nihilominus tamen
iusto dei iudicō fit/ vt qui iniq̄/ & absq̧
ratione preliantur: in pmissis decipiā=
tur. Itaq̧ estimo istos hoc mereri. Dif
ficile est tamen vt credam alios in pro
missis nō teneri: vbi pmissum vitio ca
ret vt prefertur. Esto eciam q conscien
tia hos non obliget: tamē hoc vult mi
litia/ vt fidelitatem in omnibus obser
uare nominentur. Attendant igit mi=
lites/ vt iuridice plia suscipiant. Vnde
ouidius de arte. Iudice me/ fraus ē cō
cessa repellere fraudem. Armaq̧ inar
matos sumere iura sinunt. Et li. i. sine
titu. Sepe soporatos inuadere proficit
hostes. scz iuridice. Et ibidē li. ij. Pug
na reluctanti cessat in hoste manus. &
iij. tristium. Pugna suum finem cum
iacet hostis habet. Attendat autez mi
les ne de se nimis confidat. eciam ius
si habeat. qr teste cathone. Victorez a
victo supari sepe videmus. Et claudia
nus in maiori. Sepius incaute nocuit
victoria turbe. Sit eciam miles animo
sus in iure suo. Iuxta illō ouidij i epi
stolis. Non faciunt molles ad fera te=
la manus. Paruum certamen prelia
magna mouet. Milites igit iuri suo/
iō foueant. fideliterq̧ prelientur. alie=
noq̧ iuri minime derogent. vt infideli
tas nlla oriatur. Que enim tibi mili
tie gloria: si ppriam patriam inuadis
si ex ira vel supbia preliari concitaris
aut si pprio ope vincaris: aut si maius
dampnum ex casu/ q̄ comodum ex victo
ria sperare videaris. Nomine eciz cō=

modi non solum facultates/sed eciam
famam ⁊ honorem intelligi puto· Ne=
pe aliqui predictis ex causis prelia su
sceperunt· quorum opus iure laudeq̧
caret· q2 teste tul· in antoniū· Oīo nlla
causa iusta est cuiꝙ contra ꝑriam pa
triam pugnare· Et idem tul· p marcel
lo· Iracundia(inquit)⁊ supbia consi=
lio inimica est· cuius occasione prelia
fieri non debent· Rursus in puer· sapi
entum dicitur· ꝙ bis punitur· qui pro
priis armis perit· Diu ergo pparandū
est bellum· vt vincas scelerius· Ceterū
suetonius li· xx· de· xii· cesarib9· Augu=
stus(inquit)prelium suscipiendū oīo
negabat· nisi maior emolumenti spes
ꝙ damni metus ostenderetur· His ita
q̧ allegationibus clare patet pugnaȝ
iusta ratione tm̄modo assumi debere·
Itaq̧ fidelitas non solum in promisso
sed eciam in agressu circumspicienda
est· Militia autem dedecus patit nisi
fideliter exerceatur· ⁊ i militia nil pul
chrius est ꝙ fides eius; non solū erga
homines/sed eciam maxime attendere
habet/vt sua militia deo subseruiat·
Nullus enim miles tm̄ principi quan
tum deo tenetur· Attendant igitur mi
lites dominis suis fideles/deo tamen
nō neglecto debere existere· Unde po=
licratus li· vi· c· v· dicit· ꝙ due sunt pre
cipue in milite/scȝ electio· ⁊ sacramen
tum· vt scȝ fedus pmissum teneat· Et
vegetius loquens de re militari dicit
ꝙ totus reipub· salus in hoc cōsistit· vt
tirones scȝ milites non tantum corpi=
bus/sed eciam animis pstantissimi cō
pareant· atq̧ iuramenta suis principi
bus facta obseruent· Uerum tamē est
ꝙ milites principi tpali potius/ꝙ deo
fidem seruant· Unde pchdolor illa so=
lennis consuetudo inolcuit/qua fiebat
vt quilibȝ miles ipa die qua miles fie
bat ingrederetur ecclesiam atq̧ gladio
sup altare posito; ⁊ oblato/ solenniter
iurabat· se p defensione fidei certare
⁊ deo ppetuo famulari· Unde vegeti*
li· iiii· c· i· narrat· Quomodo milites do
iurare debent· suoq̧ principi p deum/
scȝ de fidelitate seruāda· Narrat eciā
tul· i· de offi· c· xi· Quomodo pompilius
impator filium cathonis in suo exerci=
tu admittere noluit/nisi prius cum sa
cramento fidelitatē sibi iuraret· Hec
autem omnia dicta sunt/q2 fideles scȝ
christi milites/vsq̧ ad mortem certa=
re debēt/vt scȝ ecclesia ptegatur· ⁊ le
gis christiane veritas pmulgetur· Un
de policratus li· vi· c· vii· Huius(inqt)
militie est· ordinate tueri ecclesiam· et
pfidiam impugnare/sacerdotium ve
nerari/pauperē defēsare· iniurias pla
care· et si opus est animam ponere· vt
scȝ de illis verificetur illud ꝓphēte/gla
dii ancipites in manibus eorum· Nūc
tamē hominum militia fidem christia
nam non fouet· sed poti9 deprimit· Ue
rūtamen legimus apud antiquos hūc
morem fuisse· q2 scȝ milites spolia ho=
stium diis consecrabant· Vale· li· ii· c· i
de iulio cesare narrat· ꝙ prohibuit spo
liari templa· ⁊ ideo p biennium remā
sit inuictus· donec psumpsit insurgere
contra deos· atq̧ īuadere templum ap
pollinis· Idem eciam narrat policra=
tus vbi supra· Item egisippus narrat·
Quomodo pompeius non pmisit spo=
liari templa· ⁊ ideo sibi pepercit alexā
der· Ex his igitur patȝ· ꝙ militia eccle
siā n̄ debet offensare· Moderni tamē
milites coram mulierib9 de bellis nar
rant ⁊ corāȝ simplicibus· de victoria il
lustrium militum se iactant· nec tamē
habent bellādi vsum/vel artem· quia
lasciuie poti9 ꝙ militie intendunt· Ve
rūtamen lasciuia milites eneruat· vt
docet seneca epla· liii· Unde ibideȝ ait
ꝙ indurād9 est anim9 militis· ⁊ a blā
dimentis voluptatum pcul abstrahē=
dus· Nempe hannibalem induratum
niuibus ⁊ laboribus/campanie fomen
ta eneruarūt· Armis(inquit) vicit· fuit

tamen vitijs victus. Attendenduz est igitur: quomodo gaudeon cum trecentis viris qui aquam non biberunt/ sz curuatis genubus diutissime penā sustulerunt: victoriam obtinuit. Sic em̄ milites non in voluptatibus: sed in laboribus exercere debent militiam: vt tāq̄ animalia diuisa sint/ in perpetuū signum federis.

Capitulum vicesimū secundum de bellis.

Relium illicita occasione susceptum: malo iuridice debet sine terminari. Vnde augu⁹. v. de ciui. c. xxij. concludit. q bellū nunq̄ debet fieri sine magna necessitate: ⁊ sine iusta cā. Nam iudith. v. legitur q achior alloquendo olofernem postq̄ plurima dei beneficia recitauit: cōcludit dicens. Nunc igitur domine pquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu dei. ⁊ ascendamus ad illos. qm̄ tradens tradet illos deus eorum tibi. Si autem non est offensa populi hui⁹ coram deo suo: tunc non poterimus resistere ei. quasi diceret: q non est bellandum: nisi cum iusta cā. Si autē iusta cā fuit: non est timenduz. Vnde numeri. xiij. Nolite timere: deus vobiscū est. Et leui. xxvi. Si in preceptis eius ambulaueritis ⁊c. Et sequitur. Persequimini inimicos vestros: ⁊ corruēt coram vobis. Nec tamen sufficit/ vt bellandi causa iusta fuerit: sed eciam vt iusti sint qui preliantur. Vnde iosue. vij. legitur/ q pter peccatum ipsius achor: multi d pplo fuerunt occisi. Principes igitur sunt informandi tempore belli vt dicitur eccle. iij. Sed nunc. pch dolor videmus aut prelia sine iusta cā fieri: aut ab iniustis psonis bella compleri: atq modernorum dominia in tyrannidem mutata sunt: nec dominātur vt foueant: sed vt spoliare studeāt. Attendamus enim illud Job. lv. Numerus annorum incertus est tyrannis eius. q2 scz dominium tyrannorū breue est/ ⁊ casum de iure postulat. Qum immo signum maximū pditionis est dominij: quando princeps ad tyranniaz inclinatur: aut suos officiales tyrannisare pmittit. Ideo eccle. x. dicit. Regnum a gente in gentez transferet: pter iniustitias/ ⁊ contumelias/ ⁊ diuersos dolos/ vt patuit de saule. primo reguz xij. Quapter quicūq tyrannus est: d periclitatōe dominij sui formidare habet. Ille autem est tyrannus/ q̄ est rex iniustus; vt ponit augu⁹. ij. de ciui. dei c. xx. Et aristo. viij. ethicorum. ponens differentiam inter regem: ⁊ tyrannuz dicit: q tyrānus est qui cōmodum proprium intendit. Rex autem dicitur: q̄ subditorum querit vtilitatem. Vnde in puer. xxviij. Leo rugiens: ⁊ vrsus esuriens: princeps impius sup populum pauperem: dux indigēs prudentia: multos opprimit p calumniam. De quib⁹ ysa. primo dicitur. Principes tui infideles: socij furum. omnes diligunt munera. Vnde seneca li. iij. de naturalib⁹ questionibus. c. i. Potius (inquit) decet deorum opa celebrare/ q̄ philippi: aut alexandri latrocinia: nec precipuū est in rebus humanis classibus maris transire seu emulorum iniurias subegisse. Nulla (iquit) maior est victoria q̄ vitia domuisse. q2 inumerabiles sūt qui vrbes ⁊ populos habuerunt in sua potestate. sz paucissimi peccatis caruerunt. Nunc tamen principes vitia domare nō curant. sed omni tyrannia p̄intenta: subditorum vtilitatem: atq virtutum acquisitionem ptermittunt. nec bella intercipiunt vt iustitiam foueāt sed potius vt suis pompis/ ⁊ iactantijs satisfacere queant. Tales em̄ ñ reges sed tyranni sunt. q2 non aduersarios;

sed subditos inuadere petunt· De qui
bus policratus li· viij· c· i· dicit· ꝙ tyran
ni sunt/ qui non legibus: sed ꝓprio arbi
trio imperant· Reges autem sunt: qui
ꝓprium arbitrium legibus submittūt·
Et idem policratus li· iij· concludit· ꝙ
tyrannum occidere iustum ⁊ equū ē·
Vnde tul· iij· de offi· c· vij· Nulla est in
quit nobis societas cum tyrannis sed
potius sūma distinctio· Neqꝫ eniz con
tra naturam est tyrannum spoliare si
possis sed eciam necare est honestum
Etenim membra amputanda sunt/ si
sanguine et spiritu careant/ ne ceteris
membris noceant· Illa igitur infirma
hominum feritas/ ⁊ inhumanitas a cō
munitate segreganda est ne subditam
plebem contaminare possit·

Capitulum vicesimuz tercium de regimine militum·

Iusticia prosperari nequit/ vbi
nulla virtus vbi sensus nō ha
bitat· Vnde romani(teste po
licrato libro· vi· ca· viij·) Preualuerūt
aduersus multitudinem gallorum: ꝑ=
ceritatem germanorum: vires hyspa=
norum: dolos afrorum: ⁊ hoc per feli=
citatem ⁊ sapientiam· Sic eciam per
fidem: atqꝫ veritatis studium/ quecū=
qꝫ peccatorum contagia subiugare po
terimus· Vnde quantum ex narratio=
nibus colligitur: milites olim potius i
genio/ ⁊ sapientia preualuerunt: ꝙ̄ vi
ribus corporis· sic pariter in via morū
potius est incedendum ſm sapientiaz
christiane legis/ ꝙ̄ ſm vires corporis·
Nam sicut i genesi legitur· Esau in vi
ribus corporis erat forcior iacob: ⁊ ta
men ab ipso scilicet iacob esau supplā
tatus fuit· Non igitur in viribus pro=
prijs confidendum· sed in sapienta le=
gis meditandū est: vt scilicet nō nobis:
sed scripture sacre consilijs acquiesca=
mus· In qua thesauri sapientie abscō
diti sunt· Vnde pompeius libro· xi·
narrat· ꝙ alexāder a patre suo exiguā
miliciam accepit· Verumtamen docta
⁊ in prelijs assueta erat· ⁊ ideo ipa me
diante innumerabiles hostes sup=
pressit· Sic eciam dum nascimur: mo=
dicam malitiam/ ⁊ modicas virtutes
accipimus· si tamē in fide instruamur
⁊ in bonis opibus exercitemur: contra
hostes preualebimus· Vnde vegetius
libro· iiij· c· i· narrat· ꝙ assita licet na=
uium vsu non indigeret/ ne tamen mi
lites torperent: iussit naues edificari:
⁊ milites ibidem exercitari· Sic nun
ꝙ̄ ocōsi esse debemus ne carnis deside
ria succūbere nos faciant· Plures ta
men non exercitium bonorum; sed ma
lorum frequentant · Nihilominus ta=
men narrat vegetius vbi supra: quali
ter catho suis militibus p̄cepit: vt ra=
pinas non facerent sub pena abscisio=
nis dextre manus· quia inquit militē
predari non licet· Insuper libro de vi
ta cesaris exemplum satis cōforme le
gitur· Non debemus igitur in prauis
sed in bonis ⁊ licitis opibus exercita=
ri: atqꝫ non de proprio sensu/ sed de cō=
silio sacre scripture cōfidere tenemur·
Vnde narrat valerius libro· ij· c· ij· ꝙ di
sciplina militaris romano imperio mi
tarum vrbium dominationem/ atqꝫ re
gnoruz ⁊ gentium regimen largita est
Simus igiur sapientes/ quoniam vi=
vita hominis ē milicia sup terram· Di
cit enim policratus libro· vi· c· viij· ꝙ mi
litum vocatio est: vt non permittāt rē
pub· egere aut perire· nō sunt ergo mi
lites/ qui propriam animam in pecca
tis damnare permittunt· Vnde egisip
pus libro· v· allegat dictum titi· dicen
tis· ꝙ in exercitu non soluz requiritur

virtus corporis: sed eciam mentis. nec contra hostem fortitudo: sed disciplme norma/ ne scilicet miles sit crudelis: vel impius/ aut ne prede potius quam victorie sit mtentus. Unde luce. iij. militib9 dicitur. Contenti estote stipendijs vestris Et est verbum beati iohannis baptiste. Plures autem huius temporis viri se iactant nobiles/ indeqz superbiũt et alios contemnunt/ ceterosqz rusticos nuncupant. et tamen ipsi qui talia frequenter dicunt: vilissimis operib9 suã nobilitatem ostendunt. et cum alijs iniuriantur/ se ignobiles attestant. Utinam attenderent illud iob. xxxi. Nunquid non in vtero fecit me. qui et illuz Super quo gregorius primo moraliũ ca. xxi. Omnes (inquit) homines natura fecit equales. De nobilibus (inqt) propheta ozee. ix. Gloria eoruz ab vtero/ et partu. Et boetius. iij. de consolata. vi. O inquit quam inane et quam inutile quis videat. Et declarat ibidez qualiter nobilitas non est nisi laus parentũ. Nec debet aliquis gloriari de laude aliena Unde hieroni. epistola. ciij. Non ẽ inquit gloriandum de nobilitate carnis quia nec virtutes/ nec vitia parentum imponẽda sũt filijs nisi supple fuerint imitatores parentum. Et crisosto. sup math. omelia. v. Nobilitas inquit seu bonitas parentum: non valet: nisi fuerimus nosipsi boni. Et omelia. xlix. cõcludit. quod non valet habere iob in prem sine operibus iob. Et omelia. ix. sic ait. Nihil iquit prodest malis bonitas parentum/ et nihil obest bonis malitia. Etenim illi non sunt nobiles: quia a splẽdore parentum recesserunt/ sordibus et nequitijs vacantes/ vt declarat valerius libro. iij. c. v. Quamobrem de tali nobilitate iuuenalis dicebat. omne animi vitium tanto conspectius in se crimen habet/ quanto qui peccat maior habetur. Nam ille nobilis est/ qui virtutib9 clarz/ vt ait seneca epistola. xlv

Nam talis nobilitas donuz nature ẽ nec debet exinde quis gloriari/ quinimo debz quisqz tanto esse humilior ex munere/ quanto se obligatiorez esse cõspicit in reddenda ratione/ vt inqt grego9. libro primo omelia. ix. Et apostolus cor. iiij. Quid inquit habes qd nõ accepisti? Si autez accepisti: quid gloriaris quasi non acceperis. Ideo Jeremie. ix. dicitur. Non glorietur sapiens in sapientia sua/ nec fortis in fortitudine sua. Ea eniz que natura dedit: nec laudem: nec vituperiuz faciunt/ sed ea solummodo: que libere contrahuntur et fiũt. Ideo apostolus. i. ad cor. xi. dicebat. Gloria enim nostra hec est: testimoniuz consciẽtie nostre; quasi dicat: quod non ex naturalibus debemus gloriari: sed ex moribus seu proprijs opibus.

Sophologii liber nonus finit feliciter.

Incipit decim9 in quo tractatur de diuersis statibus viuentiũ sub principe et habet viginti septem capitula Cuius primum est de diuitibus et eorum statu

Qui sectantur auaritiã virtutibus vt plurimuz non intendunt. Sed qd prosunt diuitie: si virtutes non habeãtur? Narrat eñ valeri9 li. iiij. Quod scipio omnia temporalia postponẽs vir

